

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Jonstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Piscibvs|| Et Cetis|| Libri V||

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLXVII.

VD18 90529014

Titvlvs II. De Piscibvs Marinis Saxatilibvs.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11089

tamen ab Aristotele plerique, Bellonius, Gellius, Jovius, Aldrovandus, Columna praecipui. Castellus nudum eius skeleton misit et paucis ita descripsit. Neapoli frequens est, quod miror, etc.

LAMIAM, quae παρά τῆ λήμος a gula quibusdam dicitur. Nicander ^{c Athen. l. 7.} Carchariam et Scyllam vocari scribit, Rondeletius eandem cum Canine Carcharia facit. Plinius inter Cartilagineos planos enumerat. De-

scriptionem ejus nemo veterum supeditat. Maximam evadere, cute integri scabra os in anteriore capitis parte habere, *dentibus* plus minus ducentis in utraque maxilla per quater nos versus dispositis, ad radicem latis, in acutum et pyramidem desinentibus, ad latera crenatis, refertum Bellonius prodit. Vere an falso, non dixerim. Generis Galeorum certe, qui longi pisces sunt, eandem pronunciat.

PUNCTVM XII.

De Lumpo Anglorum et Pisce gibbo.

TAB. XIII. **P**isces qui Anglis Lumpus, quasi massa informis dicitur, sic describitur a Turnero. Piscis edulis est Lumpus noster, etc. Dorsum rubicundum, ventrem album habere, et in magnis deliciis reputari Maffarias addidit. Nos eum molli et in ore disfluente carne, esse experti sumus, cum Andreaepoli in Scotia studiis operam daremus.

Pisces GIBBOSVM Graeci ^{ταρι-δανον} vocant, reperitur in mari Balthico corii portiuncula, quam Fabricius Gesnero misit. Crassiuscula et tenax est, punctis multis seu tuberculis exasperatur. Eminent etiam Spinae quaedam ceu rubi, sed mucrone recto, pyramidis forma, aliae magnae aliae parvae ex fusco albicantes. De sua pictura sic Gesnerus, etc.



TITVLVS II.

DE PISCIBVS MARINIS SAXATILIBVS.

CAPVT I.

De Saxatilibus Squammosis.

ARTICVLVS I.

De Scaro.

TAB. XIII. **A**bsoluta Pelagiorum natura, Saxatiles sequuntur, inter hos primos Scarus, qui seu από τῆ σκαίρεν, id est, tripudiando, seu ^{a Athen. l. 7.} quod Athenaeo ^a placet, quod inclusus nassis, crebris caudae ictibus, qui σκαίρεμοι seu σκαίρισμοι vocantur, aversus, fores laxat, atque ita retrorsum erumpat; seu quod algam, aliasque herbas depascatur; σκαίρεν enim interdum est νέμεδοι, ita dicitur; *Meryrix* quoque seu *Ruminax*, ut Scaliger ^{b Aristot. H. A. l. 9. c. 50.} vertit, ab Aristotele ^b quod latis utriusque maxillae dentibus solus ruminet, *Cerebrum Jovis* Ennio vocatur. Sero olim Romanis et toti Italiae visus; ideo nec latinum piscis nomen habetur. Duo illius sunt genera, unum quod ^{δύο} bene ab Onisco distinguendus, quod alino concolor sit, dicitur. *Al-*

terum, cui ^{αίολε}, ex Nicandro Thytyreno nomen imposuit ^{c Athen. l. 7.} Athenaeus. ^c Oppianus modo ^{σκαίρον}, modo ^{βείλιον} cognominat. *Onis* squammis est magnis tenuibus, colore ex caeruleo nigrescente, ventre candido; Sargo, corporis forma ad rotundam accedente, aculeorum pinnarumque situ, et numero, similis, macula duntaxat nigra, in cauda, et quod lineis nigris in dorso ad ventrem careat, distinguitur. *Oculos* habet magnos, supercilia coloris Indici.

Dentes hominis modo planos imo solus latos, superioribus dentibus carere, quod Michael Ephesius prodidit, falsum, si *Meryx* est, et habere comperit. *Branchiae* ipsi binae, simplices alterae, alterae duplices, plura et majora in maxillis ossia tubercula.

Cauda

Cauda lata in duas pinnas non di-
 visa. Cor angulatum, hepar album
 in tres lobos divisum, a quo fellis ve-
 sicula intestinis alligata pendet. Fel
 coloris nigri. Splen ater, ventricu-
 lus cum quatuor appendicibus par-
 vus. *Αίλος* seu Varius oculis, ven-
 tris inferiore parte, in qua podex,
 purpurei est coloris, cauda coloris
 Indici, reliquo corpore partim ex
 viridi, partim ex nigro caeruleo.
 Squammis veluti notis obsecurioribus
 aspersis. Ore mediocri, *dentibus* la-
 tis in superiore maxilla densis, in in-
 feriore raris et acutis. *Ventre* in
 medio duabus purpureis notis infi-
 gni. A dorso et cauda fere *aculei*
 tenui membrana connexi, aequis in-
 tervallis dispositi, conspiciuntur. In
 singulorum summa parte membranula
 pendet vexilli instar; *pinnae* ad
 branchias sitae latae sunt, et veluti
 ovum earum figura. Intus habet
ventriculum satis capacem, hepar sub-
 album, intestina lata et multa, fel-
 lis multum, splenem magnum. *Quem*
Bellonius in Creta observavit, corpo-
 re erat ex livido rubescente, squam-
 mis latis et translucidis. Capite utrin-
 que compresso, *dentibus* obtulis, quo-
 rum incisori nostris erant persimiles;
 gula non valde magna. Ad caudae
 latera appendices transversas atque
 eminentes, quales in nullo se obser-
 vasse pisce ait, utrinque habebat Gi-
 gantis Scarus, dentes habebat utrin-
 que quatuor. Latos in inferiore ma-
 xilla, in superiore serratos. *Locum*
 si attendas, *Asiae Graeciaeque lit-*
 toribus Sicilia tenus frequentissimus
 exit, nunquam in Ligusticum, nec
 per Gallias enatavit, in Ibericis ma-
 re. In mari Carpathio *est* semper
 obvis, et, quod miramur, promon-
 torium Troadis Lecton nunquam
 sponte transit; nullibi tamen quam
 in mari rubro frequentior. Bello-
 nius in Propontide Ponto et Helle-
 sponto, Galliae littoribus, et in Ocea-
 no inficiatur capi, in Euripo *f* Ari-
 stoteles, Arcestratus tamen maxi-
 mum circa Byzantium evadere pro-
 didit. In Creta circa eum ubi lada-
 num colligitur locum, tam frequens,
 ut nullus crebrius capiatur. *A Car-*
pathio aduectos, Claudio Tiberio

Principe, *et* (Octavium Macrobius *g* Plin. H.N.
 vocat) *e libertis ejus praefectus clas-*
sis, inter Ostiensem et Campaniae oram,
sparsos disseminavit. Quinquennio
fere est cura adhibita, ut capti redde-
rentur mari. Postea frequentes in-
veniebantur Italiae in littore, non an-
te ibi capti, admovitque sibi gula sa-
pores piscibus satis, et novum inco-
lam mari dedit, ne quis peregrinas
aves Romae parere miretur. Saxa-
tilem esse vix dubitandum. Si ^h Op-
pianus dum inter littorales recenset,
 contrarium innuere videtur, vitium
 est; et bene *σκαρῶς* pro Scaris legi-
 tur: In dulcibus quoque nutritum
 aquis innuere *i* Columella videtur,
 nisi pro Scaro Squalum legi debere
 velis. Sane haud perperam ex
k Varrone id conjicere licebit. *Vi-*
ditat ^l herbis, et algae pisis, pha-
seolisque plurimum inhiat Mercuria-
li adeo, ut ea capiatur, Pythagoras
Τρυγητάριον facit, si Gyrardo fides est.
 Diphilus *m* tamen carnivorum esse et
 lepores marinos captare scribit; nisi
 error committitur; potius namque
 Mullo ista quam Scaro conveniunt.
 Quod *n* solus inter pisces ruminet, su-
 perius dictum est. *Gregales* esse vel
 exinde quod sodales e nassis liberare
 conentur, colligas. *o* Caudam ca-
 ptis mordendam porrigunt; appre-
 hensa educunt. Quod noctu non ca-
 piuntur, vigilantiae ipsorum debetur;
 male Galenius ideo solum inter pisces
 dormire scripsit. Melius dices, folere
 — πῆ ὑπνον

Εννύχιον κείλησιν ὑπὸ κενθρῶσιν ἰαυεν,
 alicubi somnum nocturnum sub late-
 bris capere, sic insidias vitare. Sa-
 lacissimum esse Aelianus prodidit;
 ideo *p* foeminae capiuntur. *Parere*
 bis in anno fatendum; hoc *q* Saxati-
 libus commune. *Vocalem* esse, quod
 apud Athenaeum Oppianum Tzet-
 zem proditur, dubium, cum pulmo-
 nes non habeat; nisi ore aquam
 impellendo sonum edere dicamus.
Usum si attendamus, in delicatissimis
 olim apud Romanos cibus erat; et je-
 cinora eorum in Vitellii Principis pa-
 tina inter lautiores primitias enume-
 ratur. Primas inter Saxatiles tene-
 re, et mollis ac friabilis carnis es-
 se, nullum videtur dubium, quamvis
F *7* Cel-

e Columella
 R. R. l. 8.
 c. 17.

** Plin. H. N.*
 l. 9. c. 17.

f Aristot. H.
 A. l. 9. c. 17.

g Plin. H. N.

l. 9. c. 17.

h Oppian.

Halieut. l. 1.
 v. 109.

i Columella

l. 8. c. 16.

k Varro de

R. R. l. 3. c. 3.

l Aristot. H.

A. l. 8. c. 2.

Plin. H. N.

l. 9. c. 17.

Oppian.

Hal. l. 2.

v. 109.

Aelian. H.

A. l. 1. c. 2.

m Athen. l. 8.

n Aelian. H.

A. l. 2. c. 54.

o Plutar. de

solert. ani-
 mal.

p Aelian. H.

A. l. 1. c. 2.

q Aristot. H.

A. l. 4. c. 9.

r Celsus. r Celsus et Philotimus aliter credidif- Graecos. Jecur in cibo sumptum
se putentur. Inspidos esse nisi cum ictericis prodesse, apud Aelianum s¹ Aelian. H.
fuis faecibus edantur, creditum apud legimus. A. l. 14. c. 2.

ARTICVLVS II.














De Turdo.

TAB. XIII.
5. 6. 7. 8. 9.
10. 11.
a Athen. l. 7.

Turdus Graecis κελγη a macula-
rum similitudine sic dictus, πο-
λυουμος olim teste Nicandro et Pan-
crate apud^a Athenaeum fuit. Duo
ipsorum Genera constituit Salvia-
nus, *Majorem* et oblongum, qui vel viri-
dis vel ruber est. Rondeletius duo-
decim species pinxit. Veteribus,
apud Athenaeum μελανίσκιτος, seu
nigris oculis varius. Eratostheni
πέριος seu nigro distinctus, Pan-
crati οινώδης quasi vini colorem referens,
Numenio αλιεδής, id est purpureus
dicitur. Phavorinus ποικιλόσκελον vo-
cavit. Mutare tamen colorem di-
cuntur. ^b Circa ver magis exsati-
ratos, dilutos magis aestate videas.
Branchias ipsis quaternas Aristote-
les^c tribuit omnes duplici ordine ex-
cepto novissima. Quinque sunt ab
Aldrovando observati, duodecim a
Rondeletio. *Primus*, qui magna
ex parte aureus, amethystino, cae-
ruleoque ac rubro variat, os intus
habet ruberrimum, dentibus carens.
Oculos maximos, quorum auream
pupillam circulus ambit niger, ni-
grum rursus aureus, aureum cae-
ruleus, hunc iterum aureus, ac tan-
dem niger, alias omnes ambit. Ha-
bet et duas e mento dependentes
apophyses cutaceas, subflavi colo-
ris; tres prae caeteris lineas sangui-
neas, et denticulatas. Pinnas ad
branchias omnino aureas, in pectore
totas caeruleas, nervos earum au-
reos. Cujus coloris sunt et illae,
quae ab ano, in dorso et cauda, qua
uropygio junguntur, maculis dun-
taxat parvis sanguineis respersas, cae-
teras caeruleas conspicias. *Secun-
dus* ad latera nonnihil albicat; in
capite vermicularibus, alibi rotun-
dis, ubique caeruleis maculis insigni-
tur. Tergoris pinna ex aureo ru-
bet, sicuti et cauda, quae in extre-
mo caerulea est. Utrinque denta-
tus est. *Tertio* Corpus subviret,

venter albicat. Squammarum ex-
tremities caeruleae sunt. *Caput*
pro corporis proportione parvum,
totum caerulei sed dilutioris coloris,
praeter branchiarum opercula, quae
candicant, maculisque oblongis et
semicircularibus aureis conspergun-
tur. Eiusdem coloris lineae decuf-
satim et transversaliter per corpus
ducuntur. Dentes habet maximos,
acutissimos, ingentemque oris ri-
ctum. *Quartus* toto corpore sangui-
neo, atreoque distinguitur; dorsum
et corporis maculae ex caeruleo ni-
gricant. *Quintus* πολύχρυσος, to-
tus ruber saturatus. Maculae in ex-
tremo tergoe conspicuae, Orrificis
non absimiles, sunt nigrae, in capite
longae, et serpentis in morem fere
contortae, caeruleae. Lineae a ca-
pite ad caudam recta ductae, rubrae
sunt.

Turdus Rondeletii Primus admo-
dum varius est. Unde αἰολος dictus;
ad auratae figuram accedens, pinna-
rum situ numeroque caeteris saxatili-
bus similis, dorso fusco, ventre ex al-
bo livescente. Dentes habet recur-
vos, labra crassa, et rugosa. Oculos
sub quibus pars variis coloribus est
illustris, magnos et rotundos. Pin-
nas ad branchias aureas, ad podi-
cem et in tergo flavas, nigris caeru-
leisque maculis aspersas. *Alter* co-
lore est ex viridi caeruleo, et quia
colorem colli Pavonis in pinnis et in
cauda refert, Pavo dicitur. *Ter-
tius* qui Pulcher dicitur, et a qui-
buldam *ferculum regium*, multas
colorum differentias habet. Viri-
dis est magna ex parte, sed pun-
ctis purpureis, caeruleis, Indicis,
et aliis confusis coloribus consper-
sus; pinnis ad branchias flavis seu
rufis, aliis omnibus partim caeru-
leis, partim viridibus, partim rufis.
Branchiarum operculis punctis et li-
neis



m. H.
c. 2.

neis rufis, finuosis, certis spatiis dif-
finitis. Cauda rufa punctis caeruleis,
notata. Romae et in Levino Infula
frequentissimus est. *Quartus* circa
Monspelium Psittacus, ab eadem co-
lorum varietate dicitur. Dorso est
nigrescente, pinna ejus virescente.
Ventre et lateribus flavescens. A
branchiis ad caudam lineae viri-
des ducuntur. Pinnarum in ventre
infimae caeruleae sunt. *Quintus*
Gobionem flavum refert, hoc solo,
quod lineam albam ab oculis ad cau-
dam ductam habeat, et maculis ni-
gris, quibus Gobius aspersus est,
careat, distinctus. *Sextus* quinto
est similis, nisi quod huic rostrum sit
longius et aquilinum, et linea ab ocu-
lis ad caudam ducta caerulea. *Se-
ptimus* coloribus variis est insignis,
dorso aureo, viridibus maculis con-
sperso, ventre candicante, lineis ru-
fis et tortuosis, nullo ordine disposi-
tis notato, labris viridibus. Cau-
da et pinnis magna ex parte caeru-
leis. Branchiarum opercula purpu-
reum quiddam habent; forte Scir-
rhis Wottoni. *Octavus* solis lineis
in ventre sese interfecantibus ab isto
distinguitur. *Nono* color est viride-
scens et flavus, linea ab oculis ad
caudam alba, cum multis aliis aurei
coloris confunditur, et obliquatur.
Decimus colore est viridi. Extre-
ma operculi branchiarum et pinna-
rum ventris purpurea sunt. Oculi
sunt rufi, os parvum, venter ex albo
flavescit. A Monspelienfibus Me-
nestrior, hoc est Tibicen, vocatur.
Undecimus inter Turdos maximus,

ad Lupi magnitudinem accedit. Co-
lore est rubricae, qua pro terra Ar-
menia utuntur; multis nigris et ma-
gnis maculis respergitur. Ventre
plumbei coloris. *Duodecimo* caput
est caeruleum, dorsum virescens. Li-
nea viridis et tenuis, a branchiis ad
caudam porrigitur, in extremitate
macula rotunda insignis. Quem Gef-
nerus observavit, ita ab eodem de-
scribitur. Dorsum et laterum dimi-
dia pars superior, fusci sunt coloris,
maculis crebris, subnigris, varian-
tibus. Lineae: Inter Saxatiles esse
Galenus et Diocles nos docuere.
Non quaelibet tamen saxa amat,
sed quae prope littora sita, musco
et alga obducantur; nec longe ab
hoc domicilio recedit. In Ponto
cum Merula ^d desideratur. Non so-
lis herbis vel alga vivere, sed inter-
dum pisciculis, loliginibus, et aliis
crustaceis pasci, Salvianus author
est. Hyeme aliorum saxatilium
more latere ajunt; quo tempore et-
iam foetificant. A Merula specie
non differre, hunc marem, illam
foeminam esse, inter Oppiani erro-
res poni potest. Singulare idem ^e
in eis conjugalis amoris exemplum,
notat. Mortuo marito progressae
de thalamis foeminae, errant, com-
munemque cum iisdem mortem op-
petunt. Carnem habent mollem,
teneram ac friabilem, ut Galenus
prodidit. Trallianus cibum fasti-
dientibus eum commendat, et Ptiſan-
nam marinam vocat. Platina quo-
vis modo coqui, sed assum sinapi re-
quirere scribit.

^d Plin. H.N.
l. 9. c. 15.

^e Oppian.
Halieut. l. 4.
v. 240.

ARTICVLVS III.

De Pavone Salviani, et Leprade.

TAB. XIII.

12.

^a Ambros.
Hexam.

^b Philostrat.
l. 3. de vita
Apoll.

Pavo piscis, quem Salviano de-
bemus, cujus et ^a Ambrosius
et Isidorus Hispalensis meminere,
diversus est a Pavone ^b Philostrat-
ti, qui in Phaside Indiae flumine
reperitur, et caeruleas quasdam cri-
stas, squammas versicolores, cau-
damque auream in quamcunque
voluerit partem versatilem, habet.
Romae *Papagalo*, a Lusitanis *Bu-
dia* vocatur. Bilibris saepe est, ad

cubiti mensuram perraro ascendit;
figura corporis, lacustri Tincae ab-
similis non est. Squammis latis te-
gitur, et variis coloribus depictus
est. Corpus enim fere totum, in-
aequali varietate viret. Ventris pars
posterior viret ex albo, anterior ex
albo livet; dorsum et cauda, ex vi-
ridi nigricant; latera ex viridi par-
tim flavescunt, partim livent. *Ca-
put* quod crassum est ex caeruleo vi-
ret,

ret, maculis quam plurimis rubentibus, nonnullisque caeruleis piscem totum nulla habita ordinis ratione pingentibus. *Rostrum* extensum, sed non acutum. *Labia* crassissima, quorum superius duplex apparet. *Oculos* magnos et aureos. *Branchias* utrinque quaternas, et iuxta eas *pinnas* latas et rotundas, duasque alias minus latas in ventre. In dorso una satis longa erigitur, cujus anterior pars stricta et aculeis munita est: posterior latior et aculeorum expers. *Apodice*, qui in medio fere ventre una quoque, duobus aut tribus innixa aculeis, per imum ventrem ad caudam explicatur. *Cauda* in unam pinnam latam ac fere rotundam violaceam et maculis atque lineolis plurimis caeruleis insignitam definit. *Interiora* si spectemus, *ventriculum* habet magnum, appendices multas, *intestina* ampla, *hepar* subalbidum, cui fellis vesicula haeret. *Lienem* subatrum. *Vitulus* ipsi praeter algam, et alia marina excrementa, pisciculi. Solitarius est, et saepe singuli capiuntur. Verno imprimis et autumnali tempore, forte quod aestate ob caloris, hyeme ob frigoris impatientiam lateant. Ignobilis inter cibos censetur.

TAB. XII. 13.
Aldrovand.
de Piscibus
l. 1. c. 5.

LEPRAS seu *Pforus*, quod iisdem praeditus sit fugillationibus, quibus qui lepra et pfora laborant, sicut nonnullis, sed metuo ne perperam, videtur dictus, *Lelepris* Latinis, si vera prodit *Rondeletius* dicitur. Ex *Turdorum* est genere. Vix ad quadrantem in mari Adriatico excrecere solet, cum pedem et amplius in Oceano excedat. Totum corpus habet maculis nunc cancellatis, nunc rectis, nunc in obliquum sparsis variegatum. *Squammas* ad oram rubore suffulas, latas. *Caput* non ita

multis coloribus cancellatum, quod lineas hinc inde ductas, ex caeruleo, viridi, ac rubro mistas, ostendit. *Oculos* parvos, rotundos: iridem oculorum aëri similem, quam si quando in gyrum contorqueat, cyaneum, deinde aureum, tandem argenteum circulum in crystallini coloris fulgorem referre conspicias. *Os* ipsi parvum, *dentes* albi, acuti. *Maxilla* superior tubi in modum cranio infarcitur, ut paene duo labia carnosa esse credas: *lingua* alba et paene soluta. Continuum tergoris *pinnam* gerit, sed decem aculeis munitam, atque aliam sub ventre ano vicinam. Omnes *pinnae* transparentes sunt, molles, leves, rubro, caeruleo, viridi, et aliis coloribus maculatae. Linea quae piscibus utrinque latera dividit, nequaquam in hoc pisce recta procedit, sed a superiori branchiae angulo arcuata, secundum tergus deducta est: mox ubi tergoris pinna definit, illuc quidem linea reflectitur, et arcuatur, deinde recta per mediam caudam defertur. Quantum ad *internas partes* peritoneum habet album, *hepar* ex pallido lacteum, ad sinistram magis protensum, tribus lobis, uno tantum longo duobus brevibus, constans. *Lienem* planum, oblongum, minoris digiti magnitudine, rubrum. *Intestina* ejusdem capacitatis, ut proprie stomachus in eo videri non possit, semel a stomacho ad anum revoluta, multisque omentis obducta. *Lactes* copiosas, et vulvam bicornem. Hanc ex *Bellonio*, qui eundem cum *Marzapani* dici credit, forte quod aequae in deliciis ob carnis suavitatem appetatur, ac panis *Martius* vulgo dicitur. Est tamen alius *Marzapani* piscis, qui *Rosa* dicitur, et totus maxime in dorso rubet, minus in ventre.

ARTICULVS IV.

De Merula.

TAB. XIV.

MERULA, *Oppiani* interpreti et *Apicio Merulus*, *Plinio* medico prodente *Bellonio* *Piscis Aspratilis*, *Venetis Tinca marina*, *Graecis* *νεοσφός* et *νεοσφός* dicitur. De illius colore dissentiant auctores. *Numenius*

apud *Athenaeum* *Nigram* cognominat. *Oppianus* *αιθώρα*, *Varinus* *μελάροσφός*, vocant. *Salviano* et *Rondeletio* ex colore Indico et caeruleo nigricant. Hic et sexu distinguit; in mare, colorem ad violaceum magis acce-

TAB. XIV
1.

a Athen.

accedere, foeminae ex vario nigrescere, scribens; idem colorem Indicum aut purpureum exsaturatum nigrum ab antiquis vocari, quod purpuram nigram, Circaeam flore nigro, qui tamen purpureus est, aut Indicus, prodidit; invenitur et quoddam genus dorso nigro, ventre Indico, quibusdam partibus caeruleis. ^b Aldrovandus totum viridem exhibet. Virentem et Ovidium reliquit. Colorem mutare apud ^c Aelianum legimus. Omnes in eo conveniunt, Tincas figura corporis referre, et squammas latiores quam Turdum, vertebrae dorso valde erectas habere. Hoc unum in ejus Anatomia dignum occurrit, quod cum *hepar* habeat album, in duos lobos grandes divisum: fel tamen exerat tenui vasculo inclusum, et revolutionibus duplicatum, cujus longitudo est fessipedalis. Quam Aldrovandus describit, magis in cauda, obscurius in dorso virescit; pinnarum extremitates caeruleas, branchiarum opercula in fine rubentia habet. Oculorum pupillam circulus ruber, rubrum caeruleus ambit. Inter Saxatiles inque Petris stabu-

lantes ab ^d Aristotele et ^e Plinio referri certum est, quibus et ^f alii accedunt. Pontum ^g tamen non intrant. *Vescuntur* iisdem quibus Turdi. Comestum vero ^h primo tentant et premunt, mox jacere finunt; ubi non palpitare viderint, devorant. *Generationem* quod spectat, marium ⁱ quibusque cum multis concreditur foeminis. Medicam aut Persicam vitam agere dicerent. Zelotypia semper vehementer laborant mares, cum partus tempora instant maxime. Foeminis domi quiescentibus, incubant quasi illi foribus, ne insidiae tendantur; sub crepusculum vespertinum (nocte fieri scribit ^k Oppianus) intermissa custodia, cibum exquirunt; solae conjugum quae sunt intus, algas in cavernis et circum petras ad victum reperiunt. Mortuo mare, foras egrediuntur, quae semper antea domi manebant, foeminae. Impetuntur a Squilla; ideo piscatores, cum eos foeminas observare vident, Squillam vivam hamo affixam demittunt. Merulus, dum se de illo vlturum sperat, arripit, sic capitur, et exigui animi voluptas fit vltio.

ARTICVLVS V.

De Julide.

TAB. XIV. 3.

^l *Julis* piscis Synesio *ἰουλός*, Hermipolo Smyrnaeo *Hicca*; quo nomine Hermolaus Sturionem intelligi arbitrabatur, aliis *Jurella*, et *Jura*, dicitur. Quia non una ipsorum species, ideo in descriptione variari, non mirum. Rondeletio digitus non excedit magnitudinem. Varius est, dorso violaceo. Squammis tegitur parvis, pinnarum numero, situ, labiis, dentibus recurvis, cauda, aliis saxatilibus est similis. A capite ad caudam subauream lineam ductam habet, hinc inde rostri modo dentatam, cui pars quae subest colore est caeruleo, ventre candido flavescente. Bellonius addit, corpore esse gracili et oblongo; tanta in tergore *colorum* varietate, ut in eo iridem vtrinque depictam videas. Squammis tenuissimis, multorum colorum, super quibus ductae lineae rectae, caeruleae, virides, melinae, rubrae ac fuscae apparent, contegi. Caudam rotundam

habere. Salviani descriptio ista est. Julis rostro est acuto, etc. Saxatilibus accenseri ex Oppiano ^a colligimus. Antipoli et in toto Ligustico sinu frequentissimum esse, nec Adriatico mari infrequentem, Rondeletius prodidit. *Vescuntur* minoribus pisciculis, et eorum inopia, alga. Voraces Numenius testatur. Singulares in saxis vivere prodidit cum Salviano Bellonius, gregales facit ^b Aristoteles. Cavent sibi ab hamo, haud tamen escam saepe praeripiunt. Os venenosum refertum habere, et in piscatu urinatores et piscatores pertinacissime persequi, eorumque sanguinem appetere, ^c clare ab Oppiano et ^d Aeliano affirmatur. Laevia, quae in adversum Aldrovandus protulit. Aegris in albo jure elixari, sanis in sartagine frigi et assari prodidit Salvianus, forte si caput amputatum. Jus alvum emollire apud Dioscoridem; urinas apud ^e Plinium reperio.

F 3

ARTI-

^b Aldrov.
l. 1. de Pisc.
c. 6.
^c Aelian. H.
A. l. 12. c. 28.

^d Arist. H.
A. l. 8. c. 15.
^e Plin. H. N.
l. 9. c. 15.
^f Columel. de
R. R. l. 8.
c. 16.
^g Aelian. H.
A. l. 1. c. 14.
^h Plin. H.
N. l. 9. c. 15.
ⁱ Aelian. H.
A. l. 1. c. 15.
^j Aelian. H.
A. l. 1. c. 14.

^k Oppian.
Halieut. l. 4.
v. 190.

^a Oppian.
Hal. l. 1.
v. 124.

^b Aristot. H.
A. l. 9.

^c Oppian.
Halieut. l. 2.
v. 434.
^d Aelian. H.
A. l. 2. c. 44.

^e Dioscor. in
fac. parabil.

ARTICVLVS. VI.

De Phycide.

TAB. XIV.
4.

Phycis, qui forte a Phycene solo sexu differt, *Fuca* Theodoro, dicitur. Nostri temporis Graeci *Phycida*, ut Gellius ait, *Phocida*, ut Rondeletius, *Phycam* ut Massarias, *Pephycatismenam* ut Hermolaus, *Lampianam* ut Bellonius, appellant. Nomen, quod in musco marino (*Φύκος βρύον ἐρυθρόν θαλάσσιον* Neophyto et aliis) nidificet, inuenisse creditur. Idem est cum *Tinca marina* et pisce *Ficu*, Romae vocato; (nomen huic, quod passi ficus instar, carnis sit mollissimae et fucci plena) Rondeletio refragatur Salvi-
anus, et illum ipsum esse, qui ob magnam cum *Perca marina* similitudinem *Percia* dicitur, contendit: nec abludit Aldrovandus. Sane aequerepando est uterque tergo, color idem est. Rostro acuto et extento, pinnarum situ, numero, et figura conveniunt. Non credendum tamen eosdem prorsus esse. Caput crassius Phycidi os majus, majoribusque dentibus in superiore maxilla munitum. Venter non ita prominet. Pinnae parvis et rufis maculis non insigniuntur. Lineis transversis nigricantibus, quibus *Percae* latera notantur, caret. In capite et branchiarum operculis, lineolae et puncta quaedam caerulea, conspiciuntur. Marem nigriorem et squammis amplioribus dixit Aristoteles, sed nec idem perpetuo color. Verno tempore satur, reliquis dilutior videtur. Quod *ἀκαντοσεφῆ* apud Athenaeum dicit, de aculeis, quibus dorsi vel imi ventris spinae horrent, intellexisse, dicendum est; quia nunquam palmi magnitudinem excedunt, ideo *φυκίδια* ab Aristotele dicuntur.

^a Arist. H. A. l. 6. c. 13.

tur. Bellonius non unum genus esse ostendit. Vidisse enim se fuscis, rubentes, virides, *πολύχρους* testatur. Addit, omnes pinnam tergoris continuam duodecim aculeis, munitam, rursus ad branchiarum latera utrinque unam, et sub ventre duas, quarum singulae squammis tegantur latis, firmis, saepe uliginosis, gerere dentes in superiore maxilla utrinque ad latus unum vel duos videri; in inferiore plures; retro in maxillis molares multos. Omnibus lacteum est *jecur*, ad sinistrum magis extensum, fel lateri dextro, oblongo folliculo inclusum, colore subluteum, incumbit. Inter saxatiles Aristoteles, Plinius et Diocles posuere; *λίμνητιν* Suidas vocat; et Ovidius inter littorales recenset. Luto, alga, et musco, quod ^b *καύλιον*, vocatur, *vescuntur*; et quanquam caetera abstineant carne: squillas tamen saepissime appetunt: Parituae, *Nidum* ex alga sibi construunt, in eoque pariunt. Sic foetus contra tempestates tuentur.

^b Arist. H. A. l. 8. c. 2.
^c Arist. H. A. l. 8. c. 11.

^d Plutar. de solert. animal. c. Aristot. H. A. l. 6. c. 13.
^d Hippoc. de vict. ratione.

^e Bis anno parere Aristoteles author est, Eunuchos apud Oppianum dici falsum. Cynaedum enim piscem illis verbis verecundo circumscribit. Laudantur a Xenocrate in *cibus*, *Diphilo* etiam *ἀπαλάτατα ἰχθύδια καὶ εὐφρατα*, tenerae carnis pisciculi, ac faciles *concoctū*, dicuntur. Sed et Hippocrates inter raram et levem carnem habentes recenset, eumque viri mulierosi, seu *ἀνδρὸς θηλύφρονος*, *ἐπωμιμῆν* et cognomentum a piscatoribus ferre, innuit. Recensentur et in Cotyis Thracum Regis convivio; hodie procerum patinas rato implent.

ARTICVLVS VII.


De *Perca marina*.

TAB. XIV.
5. 6. etc.
Aldrovand.
de Piscib.
l. 1. c. 9.


Phycidi *PERCAM*, quae Graecis *πέρκα*, Dioscoridi et Paulo Aeginetae *περκis*, licet Plinius in piscium catalogo pro diversis habuisse videatur, dicitur, et nomen a colore, quem Graeci *περκόν* dicunt, sortita est, pro-

pter similitudinem de qua superius subjungemus. Nota ipsi cum paucissimis piscibus communis, quod transversis per tergus lineis conspergatur. Propter istam varietatem Aristoteli est; *γραμματοποικίλος*, ut apud Athe-

Marzapanus. Tab. XIII.



Lulus.




Merula Meer Amsel.

Amsel fisch.




Meer Lunkerlein.




Fuca Phycus.

Meer Eggle.




Perca Marina.


Meer Bergfisch.



Perca Marina.




Perca.




Perca Marina.

Meer Bergfisch.




Chaune.

Hichula.




Perca.




Canadella.

Kleiner quifisch.




Chaune.

Gni fisch Gni maul.




Hepatus.



Hepatus.

leber Brämen.



Melanurus.

Brand Brämen.



Melanurus.

Das eyte geschlecht der brant brämen.

fl. H. 8. c. 2. fl. H. 8. c. 2. star. tert. al. Not. H. 8. c. 2. poc. 2. 7. ra.

Athenaeum inuenies, quod eadem uida, *ἀνδέρχας* Matrioni Parodo dicitur. Duo uero ipsius sunt genera, *Fluuiatile* nempe, de quo postea, et *Marinum*. *Marina* nunquam ad eam ad quam fluuiatilis magnitudinem excrefcit. Ex colore ueluti sanguineo nigricat, et unam duntaxat eandemque continuam pinnam in tergore habet. Squammis tegitur paruis. Venter liuet, latera purpurant; tergus ex flavo nigricat. Aldrovandus tres proponit. *Primae* caput, pinnae, cauda ex rubro flavescent, seu potius aureo perfunduntur. Supremum dorsum ferrugineum est, deinceps flavescit; mox per latera et ventrem albicat quidem, caeterum maculae amethistinae albedinem operiunt. Pinnarum tergoris nervi argenteo colore, reliquarum et caudae aureo perfunduntur. Lineae transversales, quae a dorso per latera descendunt, ad instar labentis ex alto aquae, argento emicant. *Os* habet intus album, labra rubicunda. *Altera* quae Majoris nomine uenit, rostro intus et extra rubet, in ambitu flavescit. Tergus rufefcit; latera et venter albicant. Squammarum extremitates rubent. dorsi pinna tota, et tota fere in extremo crocea; qua Uropygio haeret,

dorso concolor est. Branchiarum opercula flava, latis vermiculatisque lineis cineritiis conspersis fuggillantur. *Tertia* insigniter dentata est. Tergus et caput ex cinereo flavescent. Pinnae et cauda nigricant. Latera caerulea. Venter ad amethistinum inclinatus. Lineae laterales obscure rubescunt, quae uero a branchiis ad caudam feruntur, in dorso rufae sunt, reliquae uirides. *Degit* ^a circa mulcosa et algosa saxa. Ad littora Oceani Germanici dum, reperiri Albertus scribit, de petrosis duntaxat et asperis id intellexisse credendus est. Saxatilem esse ex Galeno, Plinio, ^b Oppiano, et Diocle. clarum est. Carnibus *uescitur*. Tam mas quam foemina saxatillum more hyeme *conditur*, quo tempore ^c quoque foetificat, Marsilius Ficinus celerrimi cursus esse prodidit. In *cibus* salubritatis laude replendet, hinc proverbium uetus ^d ἀντὶ περικῶς σκορπιον, cum optima posthabentur: sed saporis insulsi gratia rejicitur. Plinius in *Medicina* inuenisse usum testatur. Nam ^e cinerem e capite falsae, addito melle, uentorum pustulas discutere; eundem admixto sale, cunila et oleo uulvae mederi, et suffitione secundas extrahere prodidit.

^a Oppian.
Hal. lib. 1.
v. 121.

^b Oppian.
Hal. lib. 1.
v. 121.

^c Arist. H.
A. 1. 8. c. 15.

^d Zenob.
Diogenian.
et Suida.

^e Plin. H. N.
l. 32. c. 9.

ARTICVLVS VIII.

De Channe, et Canadella.

TAB. XIV.
10. 11. 12.
Aldrou. de
Piscib. l. 1.
c. 9.

CHANNE Graecis *χάννη* si foemina, *χάννος* si mas, dicitur: (*χάννος* et *χάννη* corruptum esse uidetur) quibusdam *Hiatula* ab hiando nomen inditum habet, non quod moriens tantum hiet, ut Bellonius credidit, sed quod mandibulas ita constitutas habeat, et perpetuo hiare uideatur; hinc Epicharmus *μεγαλοχάμμονας* uocauit. A Speusippo Percae & Phycidi ob colorum uarietatem conferitur. Unde Aristoteles citante Athenaeo, *ποικίλευθρον μήλκωναν*, et *ποικίλοχάμμον* appellauit. De figura nihil apud ueteres occurrit. Tantam ei cum Perca similitudinem tribuit Bellonius, ut pisces paene eosdem esse credas, et pro iisdem uendantur. Salvianus rostri acumine, pinnarum

situ, numero, & figura, oculis, branchiis, cauda, atque pictorato corpore, Percae & Phycidi similem Chan-nen prodidit mediocritate oris, paruitate dentium, tenuitate capitis, exiguitate Squammarum ovata totius corporis figura, Percae. Colorum uarietate, inferiore maxilla, et branchiarum aculeis, manifeste ab utroque distinguitur. Tergus Channae ex rubro minus quam illarum nigricat. *Venter* et latera uiolacea quodam albedine notata sunt. Pinna dorsi flavet, quae uero in imo ventre est, et cauda, rufis maculis insignitur. Ab ore per branchiarum opercula & latera, rubrae quaedam lineae, neque aequalis latitudinis, neque aequis distinctae intervallis usque

que fere ad caudam deducuntur. Maxilla inferior non solum rubet, sed superiore etiam prominentior est; ideo perpetuo hiare videntur. In posteriore branchiarum operculi parte duo sunt *aculei* albi et acutissimi, non magni tamen, quibus Phycides & Percae destituuntur. Ventriculorum & intestina ampla habet, *hepar* subalbidum; *lienem* subrubrum. *Calculos* in capite gerit, quod ex Bellonio habemus. *Locum* ipsi in pelago a *Oppian.* Aristoteles assignavit; sed *Oppianus* in saxosis degere docuit; nec piscatorum experientia abludit. Sola carne *vescitur* carcinis inprimis, et

* *Aristot. H. A. l. 8. c. 13.*
 a *Oppian. Hal. lib. 1. v. 124.*
 b *Aristot. H. A. l. 8. c. 2.*

dum per impetum pisces infectatur, saepe in os ventriculus * procidit. *Sexus* discrimen e ambiguum in eis. Omnes enim vulvas habere traduntur; et omnes ovis capiuntur gravidae. Rem se ita habere, ex plurimarum sectione Rondeletius didicit, inusitatumque hunc conceptum plurimae horum piscium foecunditati adscribendum retur. Mare ova perficit, et vice maris fungitur. DE CANADILLA, (sic Martegue stagni accolis vocatur) sic Bellonius. Ligustico mari cognitissima Canadilla elegantem ac varium habet colorem, &c.

* *Galen. de Natur. facult. l. 3.*
 c *Aristot. H. A. l. 6. c. 13. et l. 4. c. 11.*
 d *Plin. H. N. l. 9. c. 16.*

ARTICVLVS IX.

De Hepato.

TAB. XIV.
 13. 14.

Piscem qui Graecis a colore & magnitudine hepatis Hepatus, a colore rutilo et subobscuro λεβίαιος vocatur, Hermolaus *jecur marinum*, Gaza *jecorinum*, Galeni interpretis *jecorarium* nominat. Diversum ab Hepato a *Aelian. H. A. l. 15. c. 17.* Aeliani, pisce a brevi et oculis conniventibus, cujus pupillae ad cyanaeum colorem accedunt, sequentia ostendunt. Anille, qui εν τοις μόχοις τῆς θαλάσσης *λεβίης*, b habitat, quia ad natandum, quamvis magnus, seguis, circa latibula sua duntaxat volutatur, idem fit, affirmari vix potest. Descriptionem si spectes, Phagrum e Erythrinum et Hepatum pro similibus posuere veteres; sed illum rostro brevior, ferratis dentibus, colore nigro, oculis habita totius ratione majoribus, cauda macula nigra insigni, corde trigono, eodemque quod de suprema parte, quam αὐλῶν φλεβοειρωδά vocat Aristoteles, sumendum est, nisi de hepate potius id dici debeat, albo, felle nullo, additum: nec omisissimum calculos in capite gerere, solitarium esse, et paucas ventriculi a appendices habere. Hae notae an competant Belloniano, qui, Gelhero describente, Piscis est undequaque ferme rubicundus, circa ventrem albicat; in dorso dimidia sui posteriore parte tribus maculis atris notatur, ultima

a *Aelian. H. A. l. 15. c. 17.*

b *Aelian. H. A. l. 9. c. 38.*

c *Athen. l. 3. et l. 7.*

d *Arist. H. A. l. 2. c. 17.*

caudam attingente, addente Bellonio. Squammis integitur asperis. Dentes habet quam Phycidis obtusiores, qui pectinatim coeant. Calculos in capite gerit, penes lectorem sit iudicium. Aldrovandus hunc, cujus icon apponitur, ponit, et Rondeletii Hepatum, qui modernis Graecis δειπυρος, verum Hepatum esse opinatur. Et sane piscis est Pagro similis, oculis majoribus, quam pro ratione corporis ut Melanurus; colore obscuro seu ex caeruleo nigrescente, pinnarum numero, situ aculeisque Pagro similis, latiore majoreque cauda, in qua maculam Melanuri instar nigram habet. Dentes ipsi non lati sed rotundi et ferrati, Branchiae utriusque quaternae, ventriculus cum appendicibus quatuor magnus. Intestina tenuia, *hepar* album sine felle, *cor* angulatum, in cerebro lapides duo. Verbo, optime cum illo, quem ex veteribus descripsimus, congruit. *Moribus* videtur esse insulsi, et parum ad vindictam pronus, quod apud Athenaeum facete Eubulus innuit. Carnis in medio durae et mollis esse, apud e Galenum legitur. Frixi et paucis sale aspersi in cibo sunt suavissimi. Hepar tritum et emplastri modo impositum, omnem tumorem et podagram sanare mentitur Kiranides.

e *Galen. l. 3. de Aliment. fac.*

ARTICVLVS X.

De Melanuro, et Alpheste.

TAB. XIV.
15, 16.

MELANVRVS a nigredine caudae quasi Nigricaudam voces, ita dicitur, falso *oculatum* Gaza appellavit, quia tanquam diversi pisces a Plinio ponuntur. An Plauti Ophthamiam recte dixeris, quod Rondeletius fecit, iudicio Tuo relinquo; *μελανόγραμμον* et *πολύγραμμον* Athenaeus dixit, quod nigrae lineae latera ejus pingant. Hiccius Sargo similem seu corporis figuram, seu nigram caudae notam spectes, fecit: sed haec et in sparro, qui *ὀρροπινγόςμιτος*, invenitur. Palmi magnitudinem aliquando superat, nec amplius quam unam vel sesquibram pendit. *Squamis* tegitur latis, nec facile deciduis. Os habet parvum, dentibus parvis munitum. *Oculos* secundum corporis proportionem maximos ex caeruleo nigrescentes, pinnarum numero, fitu, et figura, branchiis, et caudae cum Aurata convenit, haec latam ac nigerrimam notam habet, latera lineis nigricantibus a branchiis ad caudam deductis pinguntur. Ventre est subalbido: dorso ex caeruleo nigricante. Quantum ad *interanea Hepar* habet magnum, ex quo fellis folliculus pendet. Ventriculum medium. Cor angulatum, in ventre *vesicam* aëre plenam, crassam, et densam. Quem Aldrovandus depinxit, et cujus hic Iconem damus, totus ex caeruleo amethystinoque nigricat, praeter squammarum extremitates et extimum oculorum circulum, caudaeque initium, quae auro resplendent, pinnae nigricant. Uropygium supinum candicat, primum intense violaceum, et velut nigram maculam constituit. *Vescitur*, prope littora in arenosis locis ^b alga. Ideo vix vere saxatilis dicitur. Aelianus ^c varias incolere sedes tradit. Bellonius in Oceano Gallico perrarum, in Mediterraneo frequentissimum. Iovius Romae raro videri; saepe Neapoli prodidere. Tempestate fervente ^d cibis, quos e saxis eruunt, vivunt, et abjectissima quoque, quae alii pisces, nisi urgente fame, non attingerent, se-

stantur; sereno mari in solo sabulo pabulum inquirunt, imo quia vagabundi pisces sunt, non uno solo pabulo contentos esse verisimile est. Sane in ^e Stabiana Campaniae ad Herculis petram Melanuri in mare panem abjectum rapiunt. Timidissimos esse pisces testantur, ^f hinc *ἀδρόνεις* & Oppiano. Neque nassa capiuntur, nec ad eam accedunt. Mari quieto, in ima ejus sede ad petras et algas quiescunt, quocumque tandem tegumento protecti, fluctuante, caeteris ob impetum descendentibus, ad petras adnatant, et spumam ad sui tutelam tum sufficere, ac si natura edocuisset, nec tentari iratum a piscatoribus mare, arbitrantur. Hepate tamen caprillo, et massa ex pane et caseo facta capi Tarentino et ^h Oppiano debemus.

Laudatur in cibo a Xenocrate, cui Hiccius ⁱ accedit: a Matrone Paro do rejicitur, illi forte si alga vescatur, huic si coeno et sordidis maris excrementis.

ALPHESTES piscis abinveniendo, nescio quare dictus, *Cynaedus* quoque quasi praeposterae libidinis studiosus (fama est ^k semper binos capi, et alterum alteri ad caudam comitem videri) vocatur.

In *Descriptione* variatur ab autoribus, si colorem secteris. Veteres omnino cerei coloris, purpurascens tamen quibusdam in partibus faciunt. Plinius solos piscium luteos esse testatur. Apud *Rondeletium* et *Bellonium* corpore est Pagro strictiore figura Moenis similis, pedali magnitudine, *dentibus* ferratis caninis similibus, dorso purpureo, caeteris partibus luteis, squammis in gyrum crenatis, multa scabritie horrentibus. A cervice ad caudam spinas tenui membrana connexas, unde *μενέωνσθος*, habet.

Aldrovandus Cynaedum totum fere Pagri modo rubentem, et aureis, argenteisque maculis exiguis, rotundis

^e Plin. H. N. l. 32. c. 2.^f Aelian. H. A. l. 1. c. 41.^g Oppian. Hal. l. 1. v. 98.^h Oppian. Halient. l. 3. v. 459.ⁱ Athen. l. 7. Dipn.TAB. XV.
1. 2. 3.^k Athen. l. 7.^l Plin. H. N. l. 32. c. 11.

dis resperfum, quam Illyrici Sebenicenses Cagnizam quasi Catullientem vocant, profert: dat tamen et *alium* tergore amethystino, lateribus fere caeruleis, ventre candicante punctis caeruleis notato, pinnis tergoris et retro anum viridentibus, illa etiam maculis rotundis viridibus insignita. Caeterae pinnae et cauda ex aureo rubescunt.

Rondeletii Cinaedo similis est ille, qui Venetis *Brasavola*, Lusitanis *Sal-*

moneta vocatur. Rufus est toto corpore, cauda lutea maculis fuscis distincta, extremitate aequali non arcuata. *Maculae* nigrae ad pinnarum, quae luteae sunt, juxta branchias initia habentur. *Linea* rufa a branchiis ad caudam tendit, punctis intercepta nigris. De natura *Alphestis* nihil plane occurrit, *Rondeletius* carne et substantia eadem cum *saxatilibus* esse dicit, tenera nimirum, molli, et minime glutinosa.

ARTICVLVS XI.

De Coracino.

TAB. XV.

4. 5. 6.

* *Auson. E. pist. 4.*a *Oppian. Halieut. l. 1. v. 139.*b *Athen. Dipn. l. 7.*c *Oppian. d. 1.*d *Arist. H. A. l. 5. c. 9.*e *Plin. H. N. l. 32. c. 5.*f *Athen. l. 8.*g *Strabo Geogr. l. 17.*

Coracinus, Gazae, *Corvulus* et *Gracculus*, *Salviano* *Corvinus*, *Ausonio* * *Corvus*, *Tarentino* forte *pist. 4.* *κορακινός*, seu a colore nigro, vt *Oppiano* a placet, qui apud *Vitruvium* *Coracinus*; seu quod *ταῖς κόρασι νέει*, quod pupillas moveat, vt *Athenaeo* b *visum* est, nomen fortitus videtur, nisi forte illud *amnico*, hoc *marino* magis conveniat. Anidem *σαπέρονης*, *πλατισσακός*, *Nili* accolis *πέλιτη*, *Alexandrinis* *ήμινηρος*, quod *Rondeletius* voluit, dictus sit; an vero, quod *Aldrovando* probatur, *Saperdae* nomen *Coracino* *amnico*, *Platistaci* eidem profectae aetatis, c *Peltae* et *Hemineri*, *Nilotico* duntaxat sit proprium, in dubio relinquo: d *Μύλον*, non esse *Dorionis* apud *Athenaeum* verba ostendunt.

In eo ponitur a *Rondeletio* censu, qui mare simul et flumina frequentant: quod et apud e *Plinium*, f *Athenaeum*, et g *Strabonem* inveniri credit, sed quia *saxatilem* esse ab *Oppiano* et *Aristotele* proditum, et excitatis authoribus *Coracinum* duntaxat in *Nilo* esse; quin quod apud *Plinium* legitur, *Nilo* peculiaris, colligitur; nec ullum piscem ex mari in *Nilum* ascendere propter *Crocodilorum* metum, praeter *Mugilem*, *Alofam*, et *Delphinum* *Strabo* affirmat, duo potius *Coracini* vt *Percae* genera dari credendum est, quam eodem anni et mari communes. Et sane multos in *Maeotide* palude degere ex *Dorione*: plurimos in lacu non procul *Oceano* e monte inferioris *Mauritaniae* origi-

nem trahente stagnante, quam *Nilidem* vocant, ac *Nili* ortum credunt, ex *Plinio* discimus.

Quis *veterum* genuinus *Coracinus* sit, haud tuto affirmari potest. *Speusippus* *Melanuro* similem, dixit. *Aristophanes* ob alarum nigredinem *μελανπτερυγον*, *Numenius* ob varietatem linearum *κόλην* vocavit, A recentioribus quoque diversimode describitur. *Bellonius* pro eo piscem mari et fluminibus communem ex *Glauconum* genere, *Pesce Scarpa* *Comenibus* nominatum, obrulit. *Rondeletius* suum ita describit: *Coracinus* piscis est *marinus* etc. *Salvianus* duplicem dedit. *Prior*, qui *Romae* simpliciter *Corvo* et *Corvetto* dicitur, rostrum habet breve et retusum. *Os* etc. *Alter*, qui *Corvo* de *Fortiera* *Romae*, *Niger*, jure merito, vt *prior* *albus*, quia multo minus nigricat, censendus est. *Rostro*, *ore*, *capite*, *oculis*, *pinnis*, *cauda*, totius corporis figura, et interaneis omnibus cum *priore* convenit; in eo discrepat, quod *totus* fere nigricet, *aculeum*, cui *anipinna* inhaeret, *majorem* et *validiorem* habet. *Pedalem* *magnitudinem* nunquam superat, et *saporis* *suavitate*, *carnisque* *teneritudine* inferior est. *Gesnerus* *Corvulum* colore *rubro* depinxit.

Inter h *gregales* ponuntur *Coracini*: *hyeme* latent, nec nisi *statis* diebus, ilque semper capiuntur, quod et *Rondeletius* affirmat. *Nunquam* *messe* *Triticum* pariunt, sed *autumno* foetificant inter *algas*; *longo* *tempo-*

tis

ris spatio uterum ferunt, et inter mi-
* Aristot. H. A. l. 8. c. 10. nora * genera piscium celerrimo in-
 cremento perficiuntur. Anno squal-
 lente melius valere, quia per siccita-
* Aristot. H. A. l. 8. c. 19. tem tepor accidit, ab ^o Aristotele
 proditum est.
Pallad. R. R. l. 4. Tit. 10. An adversus arborum formicas
1 Rhodigin. Antiq. Lect. l. 12. polleant, quod ex *Palladio Coelius*
Rhodiginus, qui pro Coracina pice,
 Coracinum piscem legi debere ait,
 affirmat, ignoro. Rondeletium cer-
 te experimentum fefellit, sed et huic,
 vero veterum Coracino fidem non

tentasse, objicitur. Meliores sunt cum
 uterum ^o gerunt. Nilotici marinis,
 elixis assi, praeferuntur. ^m Hiccius, ^m Athen. l. 7.
 parum alere, facile excerni, fucci ef-
Dipnos. fere mediocriter boni, dixit.
Usum in Medicina quod spectat, la-
 pides in capite repertos calculos com-
 minuere, vel pituitam ex qua cal-
 culi gignantur exsiccando vel pon-
 dere seu pellendo, idque sibi expe-
 rientia cognitum, reliquit Rondele-
 tius.
N. Corvuli iconem refert Tab. 2.

ARTICVLVS XII.

De Exocaeto seu Adonide.

Tab. XV.
 7. 8.
 Athen.
 Dipn. l. 8.

EXOCAETVM, qui *Adonis* et *Cir-*
rhis, forte et *αἰθέρα*, et *αἰθέρυλος* aliis,
 inter saxatiles esse Athenaeus testa-
 tur. Squammosus sit an laevis du-
 bium. Nomen ab eo invenit, quod
 in littore seu sicco dormiat. Subru-
 fum esse, corpore tereti, littoralis
 et pusilli Cestrei magnitudine, cui
 digitorum octo longitudo maxima
 est, pisciculo Hirco, (Moenam ma-
 rem, quo tempore dat operam sobo-
 li hunc putat Casaubonus) praeter
 nigram sub alvo maculam quam Hir-
 ci barbam vocant, simillimum facit
* Athen. Dipn. l. 1. Athenaeus, ^a inque eodem a bran-
 chiis in utraque corporis parte lineam
 albam uno continuo tractu ad cau-
 dam usque duci addit. Rondeletius
 sequentem Iconem pro Adonide po-
 suit. Piscis vero est semipedali ma-
 gnitudine, forma tereti *ὑποπίρρος* se-
 cundum Athenaeum, secundum Op-
 pianum *ξανθός*, seu colore aureo, par-
 tibus quibusdam virescente, magis
 rubescente aliis. Corpore Moenis
 jam foetis aut Gobionibus similis
Branchias habet parvas, a branchiis

ad caudam lineam candidam conti-
 nuam.
 Miratur eum Arcadia, tamen et
 in littore Monspelium stertentem,
 saepissime vidit Rondeletius. Quod
 vero Exocaetum circa Clitorium vo-
 calem et sine branchiis tradit ^b Pli-
b Plin. H.N. l. 9. c. 19. nius, impossibile videtur, et habere
 ostendimus. Nec quicquam de istis
c Pausan. in Arcad. Pausanias de vocalibus in Arcadia
 creditis duntaxat agit, et diversus ab
 Exocaeto marino fluvialis *ποικίλος*.
 Diutinae in sicco *vitalis*; quod magna
 aëris copia a qua suffocari possit, ob
 rimae branchiarum angustiam non
 trahatur, causa, ^d Rondeletio. Pro-
d Rondelet. l. 4. de piscibus marinis c. 9. pter eandem et Anguillas diutissime
 etiam sub terra vivere, credit: sed,
 quia in aqua, quae frigidius elemen-
 tum, sueti vivere pisces; et anguillae
 sine ea senis diebus ^e Aquilone spi-
e Plin. H.N. l. 9. c. 19. rante, qui frigidior ventus est, Austro
 paucioribus; reliqui diutius verno
 quam aestivo tempore vivunt; diffi-
 culter, nimia aëris frigidi attractione
 extra aquas laedi posse pisces, per-
 suadere poterit. *Vides Scaligerum.*
f Scalig. Ex. 273.

ARTICVLVS XIII.

De Sciaena sive Umbra, et Glaucio Bellonii.

Tab. XV. 9.
Aldrov. de Piscib. l. 1. c. 17.

Piscis, qui Graecis vulgo *σκιαίνος*,
Xenocrati σκίας, σκιαός et σκια-
 όης. Graecis modernis *σκίας*, non-
 nullis *μηλοπόποιος*, is alicubi *Ovis ma-*
rina, communiter Latinis *Umbrina*
 et *Umbra*, seu a colore nigrescente,
 quam umbrorum Isidorus, luteum
 Ovidius vocat; seu a lineis quibus-

dam obliquis a dorso descendentibus
 aureis et obscuris, quae aliarum ap-
 parent umbrae: seu quod dum move-
 tur adumbrantem quendam oculis
 colorem iridis in morem rutilet; seu
 a proverbiali joco, quo *σκίας* dice-
 bantur, qui non vocati ad convivium
 veniebant, quasi multi convivas se-
 cuti



cuti essent, cum de hoc pisce edendum erat, dicitur.

Piscis est cetaceus, LX. plerumque librarum, quatuor plus minus cubitos longus. *Squammae* ejus veluti obliquae apparent, in Oceano nigriores et quali opacae; in Mediterraneo argentei, aurei, atque interdum ab his varii coloris, iridem dum piscis agitur imitantur, quod Bellonius prodidit. Rondeletius ei lineas obliquas quasdam aureas, manifestas, alias aliarum veluti umbras attribuit. Aldrovando fere unicolor est, tota videlicet ferruginea, in dorso, supremo capite, pinnis, et cauda obscurioris coloris; in ventre, lateribus, et branchiarum ossibus dilutioris, quia ad amethistinum inclinat. Salviano, dum parva est argentea fere tota apparet: major facta, ventre argenteo, dorso vero et lateribus subliventibus ac veluti opacis conspicitur. *Caput* ex descriptione Salviani habet magnum: in dorso duas *pinnas*, quarum prior octonis aculeis, nullis altera munitur, ad branchias, quas quaternas utrinque habet, una utrinque enascitur; duaeque aliae in ventre conspiciuntur, imo ab ano una alia haeret. Coracino tam similis est, ut ichtyopolae unum pro alio substituant, magnitudine differunt. Sed et pro Glaucio supponitur, in eo diversus, quod *dentes* in oris ambitu rarios, firmos, acutos, prominentes, teretes, caninis longiores, gracilioresque habeat: (negant habere Aldrovandus et Rondeletius) quorum superiores inferioribus majores, sic maxillae inhaerent, ut ipsius pars esse videantur. De *Verruca* sub mento controversum: affirmant quidam habere, negant alii. *Caudam* in angulos veluti desinentem gerit, ut Scari et Iulides. *Calculos* in capite habet praegrandes, quorum Aristoteles et Plinius meminere; *ventriculum* magnum et carnosum; *intestina* mediocria et pingua; *jecur* pallidum, ex quo fellis velica pendet. Lienem subatrum.

Arist. H. A.
l. 8. c. 19.

Plin. H. N.
l. 9. c. 16.

Marinum piscem omnes fatentur, sed de loco non conveniunt. Arenosos gurgites melius eas pascere, Columella prodidit. Oppianus petraeam cognominat, et saxa herbosa incolere asserit, hisce et Galenus accedit.

Quia perraro plures capiuntur, *solivaga* potius quam gregalis esse creditur. *Carnivora* et agilis, et propter lapides in capite frigoris impatiens. Dum caput recondidere, late-re se totas Struthionum et Phasianorum instar, putant. Oppiani id fide asseritur. Cibos quod spectat, inter nobiles ab Ennio, Epicharmo, et Numenio pisces numeratur. Romae inter sapidissimos, canicularum inprimis tempore censetur, et pari tum cum Siluris pretio venundari solet. Capita Triumviris rei Romanae conservatoribus dono dantur, de quo facetia est apud Jovium de Tanusio historia. Apud Pictones ex aceto et caepis minutim concisis editur. Salvianus cum leucophago comestam, caryophyllis transfixam, ac verrubus affatam laudat. Archefratus gulae suo tempore procerum princeps, nobilem capitis condituram multis carminibus expressit. De *Carnis*, salubritate non conveniunt Authores. Galenus Philotimum quod eas mollis carnis piscibus adnumeravit, reprehendit. Xenocrates bonum ex eo nec admodum copiosum succum generari, et saporis esse jucundi scribit.

Oppian. H.
lieut. l. 4.

Galen. l. 3.
de Alim.


Invenit et in *Medicina* usum. *Interanea* et *squammae* combustae, paninos teste Plinio discutunt. *Lapides* argento inclusi tanquam colicae amuletum gestantur. Non emptos, sed dono datos gestari debere, nugacis vulgi delirium est.

Plin. H. N.
l. 32. c. 11.


GLAUCVS Bellonii pelagius est piscis, ex eorum qui plures patinas implent numero, Lutetiae invisus, Genuensibus frequens, apud quos *Fegarus*, ut apud Venetos Corbetus, quasi Corvulus dicitur. Massiliensibus et Romanis nullo alio quam *Umbrianae* nomine venit. Ita de eo Bellonius.

TAB. XV
10.


Alphestis Cinædus. Steinfisch.




Cinædus Alphestis. Tab. XV




Coracinus. 4 *Meer Rapp* *Se rapp.*



Cinædus alie. 3



Coracinus niger. 5 *Schwarzer Meer Rapp.*




Coracinus minor. 6




Ammocatus Exocætus Sandaak.
Ammodites.



Adonis Exocætus Bilonij alaudis adnumerandus.




Glaucus. 10 *Meer Bleuling.*



Umbræ. *Meer Schatten.* 9




Gobius maior Gofu. *Großer Meer Gropp*
Paganellus. 11




Acus. *Hornfisch Meer nadel.* 13



Gobius minor. *Kleiner Meer Gropp.* 12



Acus alia Specie in *ander Hornfisch Meer Nadel.* 14



Acus minor. *Kleiner Hornfisch.* 15



Acus maior Meer Nadel der grossen. 16



Acus alia Meer Nadel ein ander art. 17




Tab. XVI.

Anthias Rondelli: rond Kopf



Anthias Rond. gellia conformis.




ein art bolch.


Anthias tertius.



Anthias prior.




Anthias secundus.





Anthias quartus.

meertroffel.



Anthias Conger.





... .. Schollales meus ex
... .. (C) generis ...
... .. quod subperolis
... .. Autopiam esse coll-

... .. ad callem verum
... .. ex auro et
... .. inferius
... .. esse

... ..
... ..
... ..
... ..

... ..
... ..
... ..
... ..

... ..
... ..
... ..
... ..

... ..
... ..
... ..
... ..

... ..
... ..
... ..
... ..

* delian. H.
... ..

Tab. XV.

Opinion. H.
... ..

ARTICVLVS XIV.

De Anthiis.

TAB. XV. 1. 2. 4. 5. 6. 7.

Anthiarum nomen omnibus piscibus latis imposuit Bellonius, sed male: nec idoneum testem habet; nec omnes lati tam pulchri, ut vel Anthiae, vel Callictydes, vel Callionymi dici possint. Ex squammofarum esse genere, dubium; a corporis floriditate nomen apud Graecos accepisse, certum. Ἀλωπίαν eundem ipse Aristoteles facit. Athenaeus κώλαχος et καλωπύριος dicitur, ἔλωπι vocavere quidam, quo nomine et ille, cui squammae contra aliorum piscium morem ad os versus tribuuntur, insignitur: sacrum alii seu quod magnus sit, ut morbum comitiale, qui magnus est, sacrum dicimus: seu quod quo loco Anthias est, ibi nullam bestiam esse confessum sit, vocant. Hicetius λύκον dici tradit, quod male in λεύκον Rondeletius vertit. Hesychius enim ἰχθῦν ποιὸν λύκον appellari asserit. Quatuor ipsorum genera ab Oppiano ponuntur.

τὰς ὀφθαλμοὺς, ut Scholiafles meus exponit, Aelianus cetacei generis et ore robusto facit,) squammofus et latus piscis, quem ex eo, quod supercilia oculos ambient, Aulopiam esse colligas, ponitur. Aldrovandus quatuor quoque Anthiarum nomine e diversis locis sibi missos ponit, sed pro iis non obrudit. Primi venter totus argenteis squammis resplendet: lateribus aureae intermiscetur: In dorso, quod fuliginosum, unica tantum pinna duodecim armata aculeis visitur, ventris pinnae ad castaneum vergunt. Branchiarum opercula ex aureo et violaceo variant. Labrum inferius tum intus, tum foris ex flavo virefcit, quod peculiaris notae loco esse potest. Alter toto dorso pinnis duabus dorfi et quae retro anum est, vi- ret. Vertice capitis aterrimo, cervi- ce et labro inferiore interna parte purpurascens. Ossibus branchia- rum auro resplendentibus, ventre to- to argenteo purpura permixto. Ter- tius tam maculis violaceis toto cor- pore variegatur, ut violaceus quasi totus videatur. Pinnarum numero cum superioribus convenit, quae ad branchias, vergunt ad violaceum, et in extremo roseae sunt. Iris oculo- rum et mentum roseo sanguineove colore, specificam et ob quam solam dignosci potest notam, in eo consti- tuunt. Quarto inusitata est oculorum ac praesertim pupillae magnitudo et pulchritudo: iridem ex aureo ro- seoque permixtam habet. In capite retro oculos, cervice, et ad branchi- as, amethystino, aureo, argenteo, cae- ruleoque variat. Labrum superius habet viride, inferius caeruleum: lin- guam maximam candicantem. Ven- trem primum viridem, dein argento et auro ad podicem usque splenden- tem, ad caudam usque roseum et san- guineum. Locus Anthiis in faxis, quae tamen aliquando, cum ἀθηναίος ὄ- στρος ἐλαύνει, deserunt. Ἀνάγκη δὴ πε τὸν χῶρον ἀθήρον εἶναι, * locum absque bel- licis esse ubi habitant: quod forte in- ter φύσεως ἀπόβητα reputandum est. Unde sacri, ut superius dictum, dicun- tur.

Aelian. H. A. l. 13. c. 17.

Aldrovand. de Piscibus l. 1. c. 19.

Oppian. Ha- lieut. lib. 1. v. 254.

Ζαυτοὶ ἀργεννοῖτε, τὸ δὲ τρίτον αἶμα κελευνοί. Ἄλλες δ' εὐσπέες τε, καὶ αὐλωπέες κα- λεύσιν.

Sunt flavae et niveae, sunt atro sanguine fuscae Evops atque Auceps alios hoc nomine dicunt.

Totidem et Rondeletius posuit; quorum vix aliquis, cum omnes den- tati sunt, Anthiae vero Oppiano eden- tuli, probatur. Prior totus corpore et pinnis rubens, Pagri aut Cinaedi modo, ad imberbes Mullos referri pot- est. Alter Aselli species est: quod ne- que salitus, neque vento siccatus, ser- vari potest, vel calidiori in Gallia coe- lo, vel occultae qualitati adscriben- dum est. Tertium ad Turdos pertine- re stellulae, quas in pinna ad anum ge- rit, et corporis forma testantur. Ocu- los habet magnos, rotundos, purpu- reos, et rubros. Podicem magnum e quo intestinum rubro viridique distin- ctum excidit. Pro quarto, (hujus ge- neris Oppianus εὐσπέες καὶ αὐλωπέες vo- cat, id est εὐοφθαλμοὺς et ἐπιμήκεις κατὰ

* Aelian. H. Animal. l. 8. c. 28.



Plin. H. N. tur. Cum unum hamo teneri vident,
l. 9. c. 59. lineam secare asperitate dorsi forte,
traduntur; eo qui tenetur extendente,
ut secari possit. Capti οὐκ ἴσθ' ἔσσι θεα-
μάτων, καὶ ἀποθνήσκοντες ἑαυτὸς ἐδύσαν

Aelian. H. A. l. 12. c. 47. θανάτῳ καὶ τροπῆν τινα ἵκετέων; misera-
bile praebent spectaculum et mortem
suam lugere, et quodammodo suppli-
care videntur.

De ipsorum capiendi modo ita
Plinius. De Anthia pisce fileri con-
venit, quae plerosque adverte credi-
disse. Chelidonia insulas diximus

Asiae scopuli maris ante promonto-
rium sitas, ibi frequens hic piscis et
celeriter etc. Censentur ab Eustathio
inter eos pisces, qui ἀνδροπόθοιοι,
quod ob magnitudinem sumptuum,
ganeorum opes exhauriant; sed et
θεοὶ Dii, quod pretiosissimi sint, vo-
cantur. Carnis est solidiusculae. Un-
de χονδρωδὴς apud Athenaeum (male
χρυσωδὴς) dicitur.

Fel cum melle inunctum, exan-
themata, tubera, scrophulas, et do-
thienas sanat. Lapides capitis ad col-
lum ligati, Cephalalgiam domant.

ARTICVLVS XV.

De Gobiis squammosis saxatilibus.

TAB. XV.
II. 12.

Gobiorum historiam loci & regu-
menti differentia intricatam facit.
Nobis de squammosis saxatilibus
hic res est, eisdemque littorales
adjiciemus, ne de iis pluribus in locis
agere cogamur. Graecis dicitur κα-
βίος, Numenio apud Athenaeum κα-
βίος, quem per καβίον Phavorinus ex-
plicat; Latinis Gobius, Gobio, Govius,
ut apud Ovidium, et Cobio, ut apud
Plinium legitur. Parvi sunt tam illi,
qui in mari, quam qui in aquis. Tzet-
zes tricubitales fama accepit, quod
forte de illis, qui in rubro mari, prout
ab Aeliano proditum, fumendum est.
Bellonius ex saxatilibus album quen-
dam facit, quem Graeci χλωρον et
καυλίνον, Rondeletius flavescentem
seu pallidum vocat. Est is palmi lon-
gitudine, toto corpore rotundo, non
composito et spisso, squammis rotun-
dis tecto, colore vario. Nigris ma-
culis conspergitur, oculis sursum po-
tius quam deorsum spectantibus. Ad
branchias pinnae duas habet, in ven-
tre non duas caeterorum more, sed
unicam non divisam, qua nota Go-
bii maxime a reliquis piscibus inter-
noscentur; a podice aliam, in dorso
non unicam velut alii saxatiles, sed
duas, prior minor est, altera ad cau-
dam usque extenditur. Dentes ei
parvi, os magnum, ventriculus, cum
multis appendicibus capax. Aristote-
les complures superne circa eum exi-
re scribit. Hepar ipsi album non sine
errore tribuit Hicelius. Qui Aldro-
vando Venetiis missus est, pinnae ha-

bebat in tergore binas conjunctas,
quarum prior aculeis vigeat, altera
laevis erat, binas item in pectore, toti-
demque ab ano omnes nigras. Cau-
dam et superiorem partem corporis
nigram. Ventrem candicantem.

Ex littoralibus duplices apud Au-
thores invenio. Albos et nigros.

Illos Rondeletius ita vocat, non
quod tam candidi sint, ut cum alio-
rum piscium candore contendere
possint, sed quod candore caeteros
Gobios superent.

Nigros ita Bellonius describit.
Eminentes ac turgentes supra caput
oculos gerunt. Cornea tunica alba,
et ut serpentibus dura obductos, ad-
versus aquarum impetum, et ut sur-
sum facilius ut Uranoscopus cer-
nant. Vix excedunt duorum polli-
cum crassitiem aut palmi longitudi-
nem. Raro enim pedales et brachia-
les evadunt. Et si autem lubrici sunt,
tamen squammis integuntur hirtis,
pinnamque habent unam in tergore
continuum mollem et sine aculeis.
Pinnas utrinque quatuor latas atque
obtusas, ac praeter has sub ventre et-
iam duas; sed ea, quae caudam con-
stituit, rotunda est. Dentes exerunt
parvos, tenues, et subrubros. Corpus
teres est, paucis spinis refertum, Co-
lor varius. Etenim qui Gobiones cir-
ca algam versantur ad viridem incli-
nant, alii ad cinereum accedunt,
nonnulli albicant, alii ex fulvo in ni-
grum degenerant. Omnes grandio-
re sunt capite et lata cervice. At
quod

Aristot. H.
A. l. 2. c. ult.

quod ad internas ejus piscis partes attinet: peritoneum Gobionibus foris album est, intus nigerrimum, Hepar dextro lateri magis incumbit, pallidum, de quo fel pendet veluti janthinum. Intestina multis circumvolutionibus inflectuntur. Stomachus est oblongus, pylorus multis apophysibus praeditus, vulva undecunque ovis referta.

Facit et Rondeletius Nigri mentionem, qui a Venetis Go, a Gallis Boulerot nuncupatur. Digiti is est magnitudine et crassitie, corpore rotundo fere, non compressio, loco binarum pinnarum, quae caeteris sunt in ventre, unicam habet nigram, barbam inquit dices; et exinde Athenaei *τρούρον* seu hircum, cui Exocaeum confert, esse judicat. Vivit in littoribus et fraguis marinis.

De Loco proprio ambigitur. Ovidio littorales sunt, Diocli saxatiles, cui Synesius accedit, dum circa Africae quoddam litus, loco petroso capi scribit. Aristoteles in fluviis quoque pinguescere ait. A Theophrasto proditur in Ponto regione apprehendi in glacie Piscium maxime Gobiones, non nisi patinarum calore vitalem motum fatentes, quod forte de lacustribus vel fluviatilibus fumentum erit. Oppiano *καυκάδοισι καὶ περηνσι* gaudet. Pariunt juxta littora; suaque ova latiuscula et arenida, ut Aristoteles prodidit, lapidum amplexibus mandant.

Ab Aeliano inter illos ponitur, qui *ὑποβόλας τῶν ἀφιδίων*. Venenum pungendo immittunt, annumerantur; Oppianus quoque *ὕπερος πικρὸν ἔχει*, aculeos lethales ipsis tribuit, quod nec cum Ovidio, cui, *spina nocivus non gobiis ulla*; nec cum Martiale, *cui in terris Venetis, principium mensae gobiis esse solet*, congruit. Et sane invenit, et in *cibus* usum, etsi Iuvenali vilissimus videatur Alexandrides in Cotyis Thracum Regis convivio eos nominat. Antiphanes laudat, Phalericos imprimis. Archephonti parasito, qui in Aegyptum ex Attica, a Ptolomaeo Rege ad coenam invitatus, navigavit, Gobiorum frustra tria non sine stupore convivis omnibus visa, apposita sunt. Iovius enim persuavem, et pingui teneritudine delicatum facit. Galenus ad voluptatem, digestionem, et probum succum gignendum praestantissimum, ait. Mnesitheo *εὐδαίμων* sunt et *τρόφιμοι*, Hicetio facile excernuntur, et non multum nutriunt, flavescendum substantia rarior et magis putredinis expers. Apud Hippocratem parem in alimonia cum Dracone, Callionimo et Cuculo vim obtinet. Assus et sine sale mansus, nimia egerendi desideria sedat, si Kiranidi credendum, illitum, canum rabidorum, serpentiumque moribus prodesse Dioscorides prodidit. Dorycnii vim, crudum, tostum, elixum infringere, apud Nicandri scholiasten legimus.

Martialis in Xenis.

Athen. l. 7.

Galén. l. 2. de Aliment.

Hippocr. l. de inter. affect.

Athen. Di. prof. l. 8.

Aristot. H. A. l. 8. c. 19. Theophr. l. de piscib. in sicco.

Oppian. l. 2. Halicut. v. 457.

ARTICVLVS XVI.

De Sphyraena sive Sudi.

TAB. XVIII. SPHYRAENA, cujus praeter Ovidium nullum alium meminisse, perperam scribit Plinius; nam inter Graecos Aristoteles, ex Latinis M. Varro meminere; Atticis *ἄσφα*, ut Athenaeus affirmat, (significat hoc, ut et *σφρα* stimulum aut stylum; item teli genus bello Persico inventum) Latinis *Sudis*, ut apud Plinium videmus, Gazae *Malleolus*, sed male, Romanis *Lucius marinus* vocatur, sunt qui pro Oxyrincho, quia acuminato est rostro, fununt.

Duas ipsarum posuit species Rondeletius ex Oppiano, sed tam diffi-

miles, ut, an ex eodem sint genere, dubitari possit. Prior enim squamiosam a capite ad caudam lineam habet, altera squammis omnino destituitur. Totidem et Bellonius innuit, quarum una Trachurum colore refert, atque eodem modo sub ventre albicat. Altera senescens Mormyri laterales pecturas colore assequitur. Quaternae vix libram pendunt, ut optime Plinius magnitudine inter amplissimos rarum scripserit: vili tamen aliquando bilibres, Colore Asellum aemulatur. Rostro est foris caelato, in extremo cuneato, nigro. Ore valde re-

Plin. H. N. l. 32. c. 11.

Athen. Di. prof. l. 7.

Plin. H. N. l. 9. c. 2.

rescisso. *Maxilla* superior, quae obtusa et brevior, cum inferiore, quae acuta et longior ita coit, ut vix oris rostrive scissuram ullam diceret. *Dentes* utrinque habet, in superiore majores, in inferiore minores. In ipso oris hiatu unus est, caeterorum longissimus et acutissimus, qui ore clauso in foramen anterioris ac membranaeae partis ita suscipitur, ut extrinsecus etiam paululum emineat. *Lingua* scabra est, denticulisque aspera. *Linea*, quae a branchiis ad caudam usque per latus deducitur, et initio flavescit cum dorso, squammis parvulis et duriusculis, mira arte contexta est. De numero *pinnarum* Authores non conveniunt.

Aldrovandi Sphyræna per dorsum nigricat, caetera ad amethystinum vergunt, et ejusdem coloris maculis interstinguuntur. *Linea* flavescit, ruberrimis infra supraque punctis exiguis notata. *Caput* caeruleum. *Oculi* et pinnæ pallefcunt. *Cor* oblongum est, sub quadam vesicula alba inclusum.

*Aldrovand.
de Piscibus
l. 1. c. 21.*

Pylorus a stomacho confurgit tam multiplex *apophysium* seu coecorum caesarie intertextus, ut penitus stomachum contegant; nec a quoquam numerari possint. *Fel* ab hepatis loco dextro latere in folle oblongo dependet. *Follem* ei natura vento plenum oblongum, anteriore parte bifidum, utrinque in acutum exeuntem dona-

vit, ne ad imum fideret. *Spina* dorso rarioribus vertebrais coagmentatur.

De loco non est quod multa dicamus. Aelianus dum pelagias dicit, Smyraenas potius innuere videtur. Expresse enim ex quo ille de piscibus fere omnia *ἐν πέτρῃσι καὶ ἐν ψαμάθοισιν νέμονται*. Gregatim degere et Aristoteles testatur, et piscatores comprobant. Captis an *ὀλιθηροῖσι μελέεσσι διεξέπιπτεν lubricis excidere membris*, quod ex Oppiano Aelianus prodidit, an competat, ex superioribus colligi potest. Non fallitur, qui pro Sphyrænas Smyraenas legerit.

*Oppian.
Halient.
l. 1. v. 168.
Aristot. H.
A. l. 9. c. 2.*

Quantum ad usum Romae ceu plebejus negligitur, nec peculiarem habet conditurae modum. Hicesius apud Athenaeum *τροφιοτέρως* congris esse, *ἀπειθεῖς δὲ τὴν γέυσιν καὶ ἀτίμους, εὐχυλίᾳ δὲ μέσας* gultui ingratos, ori infuaves, fuccum medioeriter laudabilem generare dicit: sed cum congris ex cartilagineorum sint genere, Philotimoque *δυσκατεργάεροι* dicantur, et Rondeletius carne esse candida suavi, quodammodo friabili, et Aselli carnem referente, cui simul cum Lupo praecipuam auctoritatem fuisse Cornelius Nepos, et Laberius Poëta tradiderint; quin Cestrae lumbi cum aliis lautissimis obsoniis ab Antiphane nominentur, vel librarios, vel Athenaeum contactum superius errorem commisisse, verisimile est.

*Oppian.
Halient. l. 3.
v. 120.
Aelian. H.
A. l. 1. c. 3.*

Athen. l. 7.

ARTICVLVS XVII.

De Acu.

PVNCTVM I.

De Acu Aristotelis.

TAB. XIV.
13.

Piscis, quem Latini Acum vocant, Graecis longitudine et tenuitate *Βελόνι, Ψαφί*, Athenaeo *Ἀβλενής*, quasi sine mucro, dicitur, sunt qui *βληδόν* ut Varinus citat, et *βελδόν* nuncupant.

Unam ejus duntaxat speciem Salviianus agnoscit. Bellonius cum Rondeletio duas. Nos de Acu Aristotelis; Oppiani, et Bellonii agemus. Hinc autem Rondeletius illum piscem esse credit, quem Bellonius *Typhlinea* et *Caecilian* marinam ob corporis figuram, Plinii *Spondylem*, Graecorum vulgò *Herophilidiam*; Massi-

lienses *Gagnolam*, quod quoties piscantur, si alios pisces praecedere viderint, lucrum portendi credant, vocant. Piscis est longus, cubiti longitudine, digiti crassitudine, totus subflavus. *Corpus* utriusque sexus angulosum, oblongum, a capite ad meatum excrementorum semper crassescens, sexangulum, sed deinceps, ut tenuius efficitur, pro sexangula quadrangulam formam induit. *Caput* habet exiguum, *Rostrum* oblongum, durum, nec acuminatum. *Extrema* pars latiuscula existat, rictus in altitudinem deli-

TA
14.

Ala
Pif
c. 2

dehiscit, figura tubam aemulatur, in extremo tubae veluti *foramen* conspicitur, tam pusillum, ut tum propter ipsius parvitatem, tum propter rostri magnitudinem angustiamque, ne minimus quidem pisciculus ingeri possit, eo veluti per fistulam, ex humore alimentum attrahit. *Oculi* sunt tam exigui, ut vix milii magnitudinem aequent. *Branchiae* utrinque quaternae, podex in medio fere corpore. De *pinnis* disputatur. *Salvianus* cum *Aldrovando* unam parvam et tenuissimam in medio dorso ponit. *Bellonius* cum *Rondeletio* duas in lateribus juxta branchias, eam quae in tergo tam tenuem et exiguam, iste addit, ut vix nisi cum vivit, aut in aquis movetur, conspiciatur. *Interna* si spectes, habet *gulam*, qua plurimi pisces carent, ventriculum, parvum, oblongum. *Hepar* pallidum, sub quo dextra parte *fel* caelium hordei magnitudine continetur. *Cor* vix milio majus. *Vulvam* caeterorum piscium more bicornem, ovis sesami magnitudine, rotundis, rubris, transparentibus plenam. De *intestinis* inter *Bellonium* et *Rondeletium* non convenit. Iste gracilia, recta, in spiras non contorta prouidit, hic unum tantum album, recta exporrectum, multa pinguedine circumfessum scribit.

Quantum ad *Generationem*; ova se in dissectarum, rima, seu ὑπὸ τὴν

γαστέρα διαφύσει, de qua superius, multa inuenisse, et multos foetus jam profectos, quorum majores partes omnes perfectas habebant, et movebantur; Alii tam tenues et exigui erant, ut oculi duntaxat et rostrum cernerentur, testatur *Rondeletius*. Emittit illa eo, et quasi in altero sinu fovet donec excluderit, dilatat natura rimam, donec pepererit: a partu vel ita coit, ut coaluisse videatur, vel reuera coalescit, quod et in caeciliis serpentibus traditur, huicque omnino tribuendum est, quod dehiscenti propter multitudinem ovorum utero, adscripsit *Plinius*; ex *Aristotele*, male de eodem vertit *Gaza*, nec melius *Aelianus* deprompsit. *Aelianus* πολλαὶ αὐτῶν πρὸ τῆς τίκτεως διαβήγονται ὑπὸ τῶν ὠν, id est, ut *Scaliger* vertit: *Multae earum parturientes disrumpuntur ab ovis*. Quid sibi sequentia verba velint, καὶ ὡς περ τὰ Φαλάγγια περιμέχωνται, καὶ περὶ τὴν βελόνην ἐκτικτεῖ γὰρ πρὸς αὐτὴν καὶ τις θίγη φεύγουσιν. *Foetus circa parentem quasi phalanges circumfusi sunt. Ita enim parit, ut ei adhaereant, sed si tetigeris, fugiunt*, difficile est dicere. De usu in cibo et *Medicina* dixisse sufficiat, Carnis esse durae ac siccae eoque difficulter concoqui. Unde *Hicesio* ἄχυλος boni fucci, et combusti cinerem in potu ad stillicidium urinae a *Galeo* commendari.

Aristot. H. A. l. 6. c. 13.

Plin. H. N. l. c.

Aelian. H. A. l. 11. c. 13.

Scaliger ad l. 6. c. 16.

Athen. Di. pnos. l. 7.

PUNCTVM II.

De *Acu Oppiani*.

T A B. XIV. 14. 15. 16. 17.

Aldrov. de Piscib. l. 1. c. 24.

ACVM *Oppiani* ab *Acu Aristotelis* debere distingui, tum quod hic dentatus sit, tum quod rima destituitur, ostendit. Haud in multam magnitudinem excrefcit, feni vix libram pendeat. Vidit tamen et trilibrem *Salvianus*. *Ventre* est plano, candido et argenteo, reliquo corpore quodammodo ob lineam e squammis contextam utrinque protensam, quadrato, reliquis partibus laevibus, et sine squammis. *Dorso* caeruleo ad viride inclinante. *Rostrum* habet acutum, tenue, longum et durum, ut ait *Athenaeus*. *Caput* triangulare viride. Inferiorem *maxillam* superiore longiorem, et in mollem quandam sub-

stantiam, degenerantem. *Dentes* utrinque parvos et frequentes. *Oculos* magnos, rotundos, luteos ante quos meatus ad audiendum vel odorandum triangulari figura observavit *Rondeletius*. *Branchiae* sunt quaternae duplices. *Pinnae* ad branchias duae parvae; duae aliae sub ventre breves, quas rursus alia sequitur, longe a podice ad caudam se extendens, e cujus regione in dorso alia. *Cauda* brevis est, in duas pinnulas terminata. *Podex* non admodum conspicuus. *Rimam* illam quam *Aristoteles* *Acui* tribuit, circa podicem hujus *Acus* foris quidem conspicuam esse, sed intus minime videri, *Salvianus*

H author

author est, Rondeletius diligentissimus omnium circa Acum indagator, ejus non meminit. *Partes interiores*, ventriculum, hepar, intestina, quae appendicibus carent, longa habet. *Hepati* vesicula fellis oblonga adhaeret. *Cor* angulosum est. In arenosis, saxosisque locis degit. Solemne ipsis *ore* *κάλπρον διπλόν ἐμπροσθεν ὄρασι*, quando *sinum retis* effugerint, iterum reverti, et dum ira velut perciti id dentibus lacerant, in laqueos iterum impingere. Carne est dura et siccā. Frixus et omphacio vel succo mali aurantii irroratus edi solet; nec ingratus palato invenitur.

Oppian.
Halieut. l. 3.
v. 605.

ACUS MINOR Bellonii *Lacertus* est, seu *Saurus Acubus similis*. Rondeletio. Piscis est marinus, pedis magnitudine. Acubus brevior et crassior. *Rostro* acutiore sed brevior et sursum recurvo. *Dentium* loco ma-

xillas ferratas habet. *Branthias* quaternas, septem etiam, ut in superiore, quem Bellonius Majorem vocat, superne ac inferne et in cauda propendentes *pinnulis*; his, *oculis*, et ante hos foraminibus, ventrisque squammis ac lineis, quae ventrem fere quadratum efficiunt firmantque. Acubus est similis; carnis substantia, et posteriore corporis parte Scombris. *Intra* ventriculus est oblongus. *Intestina* longa gracilia, in gyrum convoluta. *Hepar* longum rubescens: *fel* et *splen* nigricantia. Cujus Aldrovandus Iconem dedit, toto corpore subyret, maculis ex amethystino et caeruleo mixtis, in dorso intensius, in pectore remissius variantibus. Rarus est, et in insula nomine Lissa, olim Phuna assatum capitur. Inde salius navigis transfertur, et maximo quaestu divenditur.

ARTICVLVS XVIII.

De Fabro.

TAB. XVII.
1. 2.
Aldrovand.
de Piscib.
l. 1. c. 25.

FABER piscis, seu exinde quod omnia fabrilia instrumenta in eo reperiantur, teste Salviano, seu propter multiformes dorsi ac ventris aculeos atque varia capitis ossa, quibus fabrilia omnia instrumenta repraesentantur; seu ab atrae fuliginis colore, quod tamen, si ex Oppiano desumptum est, Coracino potius tribui debet, ita dictus est. An *χαλκός* sit, quod Salviano placet, dubitatur. Cum eum Gadibus principatum obtinere scribat Plinius; rotundum vel orbicularem, Athenaeus faciat. Si est, utique et *Zeus* seu Jupiter dicetur, nam et hoc *ἡδὲ χαλκός* nomen est, seu a *χαλκός* formatum; seu quod forte, ut nunc sit, olim etiam in templo Jovis tanquam facer suspenderetur. Quidam *χερσόφορον* nuncupant, an propter maculas laterales, digitorum Divi Christophori, ut ajunt, vestigia, vel quod eum, quem iussu Salvatoris Divi Petrus cepit, (maculae praedictae numismatis illius quodammodo figuram exprimere creduntur) opinentur, nescio. Romae *Citula*, Liguribus *Rotula*, Hollandis *Hallus marinus* dicitur. Qui Chalcidum, Alcantiam vel Citharum, vel Porcum marinum esse judicant, falluntur.

Plin. H. N.
l. 9. c. 18.

tur. *Primus* enim inter viles pisciculos a Columella; ab Aristotele inter fluviatiles reponitur. *Alter* cartilagineus et rotundus. *Citharum* piscem inferius dabimus. Porcus inter magnos pisces recensetur. *Zeus* Hesichii idem forte cum isto. Cum nec inter *ἄπποειδές*, qui una parte candicant, nigricant altera, nec inter planos, a quibus oculorum situ differt, referri possit, bene inter latos censebitur, quamvis maxime compresso ac plano sit corpore.

Coloris est varii. *Caput* et dorsum obscura sunt, pinnae nigricant, latera partim ex caeruleo vivent, partim aurea sunt. In medio corpore macula nigra, orbicularis, vel ovata nummi minoris magnitudine, colore coelesti, cum tribus imagunculis, figura quodammodo Hippocampi, colore aureo, vilitur. *Squamistam* exiguis tegitur tenuibusque, ut, nisi digito sculpas, vix appareant. *Caput* ipsi compressum, extensum, ossium, ossibus quam plurimis, variis, angulosis, tenuibus, atque perlucidis constructum, maculis quibusdam exiguis purpureis exornatum. *Linea* obliqua a capite ad caudam ducitur. *Os* latissimum, plurimum hians, edentulum, et si

TAB.
Aldr.
Piscib.
c. ult.

etfi quodammodo dentatum pinxerit Bellonius. *Oculi* magni, rotundi, aurei. *Branchiae* utrinque quaternae, quarum ossea opercula in aculeos definunt. *Pinnae* duae mediocres ad branchias, duaeque aliae in anteriore ventris parte paulo longiores, ac in quinos velut longos pilos aut fetas porcinas degenerantes, ab ano rursus duae aliae, quarum prior pars quinque duntaxat aculeis constat; altera multo longior, et ad caudam fere usque extensa, aculeis caret, in *dorso* unica tantum et magna, ut quae paulo ante medium dorsum exorta, ad caudam usque fere extenditur, figura huic pisci propria, et aliorum piscium dorso pinnae dissimilis. Primum namque in longissimos pilos ejus fere modi, quam in anteriori ventris parte conspici diximus, terminatur; deinde plurimis robustissimis aculeis intertextis armatur; postremo aliis etiam aculeis ossibus multo brevioribus, bifidis atque recurvis, secundum ejus exortum in dorso praemunitur. Pars *ventris* utrinque ossibus instar acuti cultri secantibus firmatur. *Cauda* in unam pinnam definit. *Ventriculum* habet mediocrem, gulam manifestam, intestina parva tenuius in gyros convoluta, inter quae ova rubra latere Rondeletius ait. *Hepar* candidum sine felle, lienem rubescentem exiguum, mesenterio haerentem. *Cordis* pars infima rubet, suprema et media ex

albo rubescit, quod in paucis piscibus spectatur.

In faxis eum degere tradidit Oppianus, in Atlantico et Gaditano generosissimis piscibus adnumerari Columella. Ita carnivorus est, ut nec alia maris purgamenta spernat. An ei fridor competat, quem Chalcidi Aristoteles tribuit, ita ut pro *χαλκίδος χαλκίδος* legatur, quod Aldrovando placet, aliis judicandum relinquo: mihi, cum branchiarum opercula tam horrida habeat, ut dimota sonitum edant, et vero plurimi ex piscibus *την δοκσον Φωνην τη τριψει των βραγχλιων* (*ἀκωνθώδεις γὰρ εἰ τόποι*) hoc quod vox videtur, attritu branchiarum quippe loca spinea sunt emittunt, verisimile videtur. Solivagus est, et erectus, non passerum more in latus conversus natat.

Reputatur inter pisces carne satis tenera et friabili, concoctu facili, et boni succi. Apud veteres in multa fuisse aestimatione ex Columella dum dicit, *Atlantico pascitur Faber: qui et in nostro Gadium municipio, generosissimis piscibus adnumeratur, eumque prisca consuetudine Zeum appellamus*, didicimus. Cum ob corporis tenuitatem, commode affari nequeat, aut frictum et omphacio aut aurantii mali succo irroratum, aut in aqua et vino partibus aequalibus, oleo, sale, beneque olentibus herbis atque aromatibus elixum comedi, Salvianus tradit.

Oppian. Halieut. l. 1. v. 133.

Columella R. R. l. 8. c. 16. Plin. H. N. l. 9. c. 18.

CAPVT II.

De Piscibus saxatilibus laevibus.

ARTICVLVS VNICVS.

De Alaudis et Pholide.

TAB. XVII. **I**nter Saxatiles laeves, Alaudae duntaxat, cum iis, qui ad eas pertinent, Gutturoso nempe pisce, et Exocaeto Bellonii, et Pholis reperiuntur.

ALAVDAM duplicem facit Rondeletius, *Cristatam* et *non Cristatam*.

Illam corporis specie Scorpioidi admodum est similis. *Colore* fusco multis maculis partim rotundis, par-

tim oblongis et tortuosis notato, tenui, laevi et lubrico, ore parvo, dentibus anterioribus serratis, posterioribus exertis, oculis parvis caeruleis, in vertice dum vivit erecta est crista, mollis et caerulea. *Pinnae* ad branchias latae sed breves, in ventre parvae et tenues. *Podex* non procul a branchiis distat, a quo pinna ad caudam protenditur, alia in cervice ad caudam continua. *Per-*

Aldrov. de Piscib. l. 1. c. ult.

ritonaeum ex nigro viride est. *Cor* angulatum. *Hepar* ex albo rubet, a quo *fellis* vesica pendet, perspicuitate et coloris jucunditate smaragdum referens. *Intestina* lata sunt, coloris lutei. Ob parvam branchiarum scissuram sat diu extra aquam vivit.

Carne est molli, sed ob parvitatem negligitur.

TAB. XVIII. 3. Ad hanc Piscis GUTTUVROSUS dictus referri potest. Nigricat quidem fere undiquaque: sed et punctis caeruleis distinguitur, et color luteus per totam superiorem dorsi pinnae partem, circa branchias et summo ventre visitur.

Littoralis est, et foramina lapidum aut aedificiorum littoralium subire solet, vel carne vasi injecta mox exempta capitur.

TAB. XVIII. 2. ALAUDA NON CRISTATA capite est parvo et rotundo, ore et oculis parvis, dentibus anterioribus ferratis, posterioribus longiusculis, acutis, exertis. Pinnulas duas habet ad branchias, duas in ventre, aliam statim a capite ad caudam continuam, item aliam a podice ori factis propinquo ad caudam usque ductam.

Cauda in unicam desinit saxatilium more. *Maculae* multae mediae corporis parti asperlae sunt.

Aqua, mucro, parvis Atherinis et Aphyis vescitur. Carnis substantia et mollitudine cristatae par. In petrarum rimis degit, hinc nomen Percepiere sortitus est.

TAB. XV. 7.8. Huc et Exocetus seu ADONIS Bellonii, qui eum Vrticis plurimum delectetur, et istae circa littora inter cautes haereant, mari profundius mergi recusat, in rupibus Bononiae, in cavis cautium quiescit.

Species illarum sunt plures, quarum una *Cristata* est Massiliae frequens, primo aspectu Gobium referens. Cute glabra obducitur. *Vulgus Glinos* vocat, colore est subrufo, ut Scorpaena multis aliis coloribus confuso. *Dentes* habet ut

Scarus, firmos, continuam tergoris pinnam, ac nescio quid supra oculos, quod veluti a pellis laxitate procedit, laterum pinnas inversas, duas sub ventre duabus tantum cirrhis radiatas. *Cristati* caput ad Chamaeleonem accedit, in cuius cacumine pinnam Galli cristam referentem videas. *Dentes* habet anteriores acutissimos.

Caudae pinnam, et laterum rotundam, sub sterno duas; alteram in terгоре continuam, maxime latam. *Branchias* tectas, et parvo foramine pervias, sed et detectae quatuor numerantur utrinque. *Cute* integritur laxa, multis coloribus ut Draco variegata. Chamas et conchyliam conficit: sed et urticis interdum vescitur. Triduum vel quatrimum absque aqua vivit.

Tertium Exoceti genus, piscatoribus Byzantinis *Glini*, aliis *Chelidonii* nomine venit.

Raro sex digitorum longitudinem, et duorum pollicum crassitiam excedit. *Squammis* caret, et liturae melinae cyanae et fulvae per tergos diffunduntur. *Pinna* tergoris continua est et mollis, caudae et laterum latae, varii coloris omnes. *Branchiae* sunt connectae, Spinea exterior, ut in Dracone marino, duobus aculeis obfirmatur: sed ab eo dissidet, quod quilibet aculeus duobus ferratis denticulis repandis et aduncis fulcitur. *Caput* habet polymitum, *Os* grande, inferiorem maxillam latam et planam. *Dentes* Glini priore aliquantulum minores. Dum scinditur, *branchias* non ostendit integras, sed rudimenta coloris paulo magis rubra quam in Muraena. Non male ad *Basiliscos* Oppiani referentur.

PHOLIS a mucro ita dicitur, quem emittit. περιπλαττεται περι αυτην, και γινεται καθωπερ δαλαμων. In circuitu ejus is concrefcit, ac fit quasi cubile. Antipoli et ab Italis *Bavosa* vocatur. Alauda paulo major est, dorso fusco, cute laevi, maculosa, ventre pallido. Pinnis aliisque partibus a superioribus non differens.



Nec

Aristot. H.
A. 1. 9. c. 55
et Scalig.
Scalig. in
Aristot. l. 1.

TAB. XVI.
4

...construuntur ex ligno...
...quod velut a pennis...
...lateralibus...
...sub ventre...
...Carnes...
...leone...
...pannam...
...deas...
...illimos...

Carnes...
...sub...
...construuntur...
...leone...
...pannam...
...deas...
...illimos...




Not. H.
9. 9. 55
calig.
fig. in
Not. H.

Tab. XVII
4

Mullus Minor. Kleiner Rotbart.




Faber.



Meer Schmitt.

Mullus maior.

Großer Rotbart.




Faber marinus

Meer Schmid.




Liparis

Schmalz fisch




Alauda.

Meer Lerch.




SchleimLerch.



Cuculus.

Redfisch Meerhyrn.


10



Hyrundo.

Meer Schwalb

8



Cuculus.


Redfisch.



Milvus.

Meer wgr.

12



Hyrundo. alia



Atherina.


Kleiner Hering art.



Phagrus

Pote Meer Brajmen.

13



Chromis.

Kleiner Brajmen art.



Nec abludit ab his **SCORPIO** DES Rondeletii sic dictus, quod capitis forma Scorpioni marino similis sit, totidemque supra oculos apophyses licet molles habeat. Galli *Leporem marinum*, quia rostrum terreni leporis περιτομή five *scissura* admodum simile habet, nuncupant. Differt

a Scorpio dentibus, quos ferratos quidem habet, sed tenues et densos admodum, et in superiore maxilla duos exertos, ab eodem et Galerita pinnae dorsi magnitudine, duabusque ejusdem pinnae nigris maculis distinguitur. Littoralis est, mucō vescitur et aqua.

TITVLVS III.
DE PISCIBVS MARINIS LITTORALIBVS.

CAPVT I.

De Squammosis non planis.

ARTICVLVS I.

De Mullo.

TAB. XVII.
5. 6.

TAB. XVIII.
4.

Plin. H. N.
l. 9. c. 17.

Oppian.
Halieat. l. 1.
v. 590.

Non minus bene primum *Mullo* inter littorales pisces locum dari, quam Scaro inter saxatiles datus est, inferius patebit. *Nomen* apud Latinos non tam a mulleorum colore, (calcei erant, quibus priores Albanorum Reges, postea patricii usi sunt) quod Fenestellae teste Plinio placet; quam a mollitie inuenit. Seruitutis est indignatissimus, ut Columella loquitur, et in piscinis nihil vel parum saltem crescit. Graecis τριγλη non τριγλα et τριγλις quod de foemina sumendum est, quod ter pariat. Hinc Oppianus τριγόνισιν επανύμεσ γονήσι dicit; vocatur. Cretensum vox Στριγλημπαεπίνυ ex Graeca et Veneta composita est. An γενίωταμ dicantur, quod Hesychius inuenere videtur, cum Triglas Graeci γενειάτιδας cognominent, in medio relinquo.

Duo ipsorum sunt genera. Alii sunt *Barbati*, quos γενειάτιδας vocant, quique sola succi bonitate, siquidem alii alga, alii carne vescuntur, differunt. Vnde *Lutarii* apud Plinium nomen. *Imberbes* alii, quos quidam απογόνες, τριγλάες Sophron, et quidem, δμφαλοτόμες, quod umbilicus podexve aut magis quam aliis congeneribus patet, aut minus rotundus est; εὐδαίες, quod in summo mari natantes tranquillitatem promittant, nuncupat. Dari tales Salvanus negat, nullum alium ex veteribus ejus meminisse,

perperam praetendens. Xenocrates enim saxatilem barba destitui inuenere videtur, dum pelagium describit. Mullastros recte dixeris, quorum alium imberbem, alterum a squammis asperum Rondeletius facit. Figurae est totus oblongiusculae, magnitudinis mediocris; binas libras raro exuperare, apud Plinium habetur, quadrilibris Seneca, sex librarum Juvenalis meminere. Si verum est octoginta librarum in mari rubro captum, ut Lucius Mutianus apud Plinium prodidit. Alterius is generis fuerit necesse est, dorso repando, unde κύφας gibbosas Epicharmus in nuptiis Hebes dixit, ventre plano albicante, caetera purpureo, hinc ξανδοχραα φύλα Mullorum apud Oppianum. Matronus Parodus μιλτοπαρηον colore miniaceo fecit. *Squammas* magnis, tenuibus, ferratis, obliquo situ dispositis, facile ut apparet deciduis, robustis tamen. (Tiberius piscatori sibi secreto agenti insignem adferenti Mullum, eo faciem perfricari iussit) Pallentes eadem seu ad yiredinem vergentes, virgis quibusdam parallelis insignitae. Si vivus desquametur, *colorem sanguineum* fortiri, hinc χρυσώπε apud Plutarchum, et ξανδοχραα apud Nausicratem nomina, Massurius author est. *Mortuum* versicolori quadam et numerosa varietate spectari, rubescendumque squammarum multiplici mu-

Juvenalis
in Satyra.
Plin. H. N.
l. 9. c. 18.

Oppian. l. c.

Sueton. in
Tiberio.